

GO



7I-2

228

| | |
|--------------------------|--|
| Biblioteca Universitaria | |
| GRANADA | |
| Auto: | |
| Edición: | |
| Título: | |
| Número: | |

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13

2-3-328




A. 9510

del Collegio del S. M. de Espirito
COMMENTARII

IN PSALMOS DAVID.

AUCTHORE FRATRE PETRO
Maldonado Hispalensi Ordinis S. Augustini.

AD D. DIDACVM DE LOS CO-
bos, & Mendoza, Comitem de Ricle.



CVM FACVLTA TE SVPERIORVM,
& cum Priuilegio Regio.

Vlispone Excudebat ANTONIVS Alvarez.
Anno. 1609.

del Collegio de la Comp^a de Jesus de Granada

JVDITIVM DOCTO-
toris qui ex commissione
S. Officii, hoc opus re-
cognovit.

VIDI HOS COMMENTARIOS
In Psalmos David, Authore Patre F.
Petro Maldonado, Nihil que reperi fidei
aut bonis moril^r repugnans, imo dignos
judicio qui in lucem. edantur in Conuen-
tu sancti Francisci de Iobreguas, die vige-
sima Maijanno 1609.

Frater Ludouicus
ab Angelis.

L I C E N C A D A M E S A G E R A L
da Sancta Inquisçam.

V I S T A à informação, pode se imprimir
este liuro. Commétarios in Psalmos
David, & depoy de impresso torne a este Cõ-
selho, para se cõferir, & dar licença para cor-
rer, & sem ella não correrá. En Lisboa, 14. de
Mayo, de 1609.

Marcos Bartholameu Ruy Ferez
Texeira da Fonsejua. da Veyga.

LICENÇA DO ORDINARIO

PODESE Imprimir, vista a licença
acima: En Lisboa, quinze de Mayo,
de 1609.

Ioam Saraiua.

SUMARIO DO PRIVILEGIO.

EL Rey nosso Senhor, concedeo ao
Padre Frey Pedro Malhonado, Reli-
gioso da Ordem de Sancto Augustinho,
natural da cidade de Scuilha, Priuilegio,
por tempo de dez annos, pera que ne-
nhũa pessoa, de qualquer calidade que se
ja, não possa imprimir, nem vender, em
todos stes Reynos, & Senhorios, os Li-
uros, cuyo titulo è, *Commentarios in Psal-
mos David.* saluo elle, ou as pessoas
que dell etiverem licença: sob as penas
conteudas no dito Priuilegio, cõcedido
em veynte y quatro de Abril, do Anno
de 1609.

CARTA

CARTA PARA EL
Autor, de nuestro Padre Re-
uerendissimo, el Padre Ma-
estro Fray Ioan Baptista, de
Aste, General de la Orden
de los Hermitaños de
S. Augustin.

ANME Dicho, que tiene V. R. algu-
nos trabajos que imprimir, que seràn
de prouecho: y assi, por esta le doy licẽcia,
para que los imprima, guardando el or-
den que en esto se suele tener aca en Espa-
ña, de acudir al Consejo, y remito el exa-
men del libro, a el Padre Prior de Lisboa,
para que el le vea, ò señale, vna persona
docta, para ello, y me auise del juyzio que
hiziere del libro, nuestro Señor, &c.
De Madrid, y Febrero. 3. de 1609. Años.

*Fray Iuan Baptista de Aste,
General, y Comissario Apostolico.*




LICENCIA DEL
Padre Provincial.

EL Maestro Fray Pedro de Valderrama, Provincial de los Ermitaños, de la Orden de nuestro Padre San Agustín, en esta Prouincia del Andaluzia, de la obseruancia: por la presente doy licencia al Padre Fray Pedro Maldonado, para que pueda imprimir vn libro, intitulado: *Commentarij in Psalmos Dauid*, guardando el estilo que en esto siempre se guarda. Fecha en nuestro Conuento de Nuestro Padre San Agustín de Seuilla, a veynte y vno de Febrero de mil y seyscientos y nueue.

VALE AT SIC.

Fray Pedro de
Valderrama.



IVDITIVM P.M.F.
Joannis Valladares, Prioris
Ulisiponensis Conuentus
S. August. & Regij
cōcionatoris.

DE Cōmissione Reuerendissimi Patris nostri Magistri Fratris Ioannis Baptistæ de Aste, Generalis dignissimi, Ordinis Beati Patris nostri Augustini, & Commisarij Apostolici, vidi hes *Commentarios in Psalmos Dauid*, nihilque reperi fidei aut bonis moribus contrarium, dignosque iudico qui typis mandentur in cōmunem vtilitatem, in nostro Conuentu B. P. Augustini, Vlisiponensi. Die XIX. Maij. Anno. 1609.

Frater Ioannes
de Valladares.

INDEX

VERBORŪ

A.

- A**NIMVS hominis afflicti quatuor
considerationibus erigitur. 9
Abominabiles sunt peccatores Deo & om-
nibus rebus. 76
Aspideum venenum labijs mala suaden-
tibus comparatur. 82
Aprobationis cognitio. 130
Assumere quid significet in scriptura. 128
Aqua efusa dicitur Christus in passione &
quare. 160
Amicorum & Aduersariorum duo gene-
ra diuersa. 220
Asilus fuit apud omnes gentes. 224

B.

- Beatitudo tam patriæ quam viæ, in quibus
precipue consistat. 1
Bellorum euentus quos affectus generent
in animis bonorum. 110
Benedictio quid proprie significet in
scriptura. 206

C.

Catreda

VERBORVM.

- Catreda pestilentia quid proprie signi-
ficet. 2
Christi triplex tempus, passionis, resurrec-
tionis, & Regni post Ascensionem. 4
Coniurationis in Christum multæ circū-
stantiæ. 5
Coronari tribulatione aut misericordia
quid sit. 21
Consuetudo peccandi. 83
Correctionis fructus. 126
Contumeliæ quatuor grauissimæ circū-
stantiæ. 156
Circulus signum adorationis. 225

D.

- Deus pater quomodo Christum in Passio-
ne, & Resurrectione tractauerit. 7
Dolor pro peccatis munit animum ad nō
peccandum. 15
Deus quo plus ab impijs ofenditur, iustis
benefacit. 16
Deus cur moueatur ad tuendos suos ab ini-
micis. 26
Damna quæ ex peccatorum victoria & fe-
licitate oriuntur. 51
Dormire in morte quid sit. 72
Dauid: nomē quid proprie significet. 218

5 Eterni-

I N D E X

E.

- Eternitas supplicionum infernalium declaratur. 3. & 42
 Ecclesiæ propagatio, illiusq; sanctitas & beneficentia a Deo illi collata. 32
 Eucharistia est omne sacrificium. 141
 Egror⁹ & dilect⁹ iacē in voce hebræa. 218

F.

- Felicitas in vita presenti iustorum cum felicitate in futura comparatur. 197
 Fructus ex bonis sacerdotibus percipiendus. 206
 Filij cur aliquādo hominibus non concedantur. 235

G.

- Gratiæ status conseruandi spes quatuor motibus erigitur. 96
 Gaudij spiritualis iustorū variæ causæ. 145

H.

- Hominum quatuor conditiones. 121
 Hebræi ventilaatur vt puluis. 128
 Hostes Christi cur vitulis, tauris, canibus ac Unicornijs cur comparentur. 159

I.

- Impij quare pulueri potius quam lapidi comparentur. 3

Infinem

V E R B O R V M.

- In finem quid sit in titulo Psalmorum. 11
 Iustus quo plus videt Deum osensum, illi seruit diligentius. 16
 Infirmus quid & quo ordine a Deo debeat postulare. 22
 Iusti preident quod petunt. 29
 Iudicium facere quid sit. 41
 Injuriæ bonis iilatas quomodo deus puniat. 87

L.

- Legislatoris nomen quid in Deo significet. 49
 Litotes figura frequens in scriptura. 77
 Latini debēt ecclesiasticis locis seruire. 207

M.

- Magnanimitas a quo sit? quid sit & quibus motibus innitatur? 11
 Maiorem realitatem Deum in terra invenire quam quæret quid sit. 80
 Mortis dolores quales sint, & cui similes. 113
 Matutina ceruā cur Christus dicatur. 149
 Magistri & discipuli qualitates. 213
 Misericordia & miseratio in quo differant. 214

N.

Nomen

INDEX

| | |
|--|-----|
| Nomen qui d significet in scriptura. | 33 |
| Nomina Deo inponendi ratio ex beneficijs. | 111 |
| Non Particula sumenda sæpe in scriptura comparatiuè. | 154 |
| O. | |
| Orationis tria nomina. | 17 |
| Orationi ad iugitur obediencia &quare. | 18 |
| Oblivio dei radix omnium malorū. | 74 |
| Orationem sanctorum semper fuisse ex audicam. | 152 |
| Orationes nunquam frustrari et si non obtineant. | 153 |
| Oves quid a Pastore petant. | 194 |
| P. | |
| Proximorum saluti incum benestria debet advertere. | 2 |
| Penitentia triplex genus. | 23 |
| Predicatores fiunt in signes ex insignibus peccatoribus. | 47 |
| Peccata paulatim crescunt. | 74 |
| Peccatores nocumento sunt, Deo & omnibus creaturis. | 78 |
| Pax bona & quis eam consequatur. | 90 |
| Protectoris oprimi condiciones. | 118 |
| Peccatores duo suplitia in hac vita, & duo | |

VERBORVM.


| | |
|--|-----|
| duo in futura manent. | 145 |
| Peccata vocari ignorantias. | 215 |
| Phrasis eadē in scriptura solet diuersa significare. | 220 |
| R. | |
| Regnum Christi cur ferro potius quam auro comparetur. | 7 |
| Rationes cur Deus debet bonis bene facere & malis male facere. | 40 |
| Relatiuum apud Hebreos sæpe summitur substantiuè. | 221 |
| Religionis curam precipuam debere esse principibus. | 222 |
| Reges a Deo protegi quibus rationibus postulent. | 228 |
| S. | |
| Selac dictio apud Hebreos est quod hispane Ay. | 9 |
| sanctum quid significet in scriptura. | 13 |
| Spes bonorum erigitur propter quatuor attributa Dei. | 44 |
| sol symbolum est beneficentia diuina. | 71 |
| Schola cognitionis Dei quinque classibus constat. | 135 |
| sacerdotum optima condiciones. | 205 |

Timor

INDEX

T.

| | |
|--|-----|
| Timor Dei dicitur in scriptura habere faciem. | 87 |
| Tempus iudicij dicitur tempus vultus Dei. | 146 |
| Templorum dignitas & super reliqua loca excelentia. | 203 |
| Veritates diminutæ quid sint. | 64 |
| Verbum Dei quare dicatur Casum. | 67 |
| Vitæ peccatorum & iustorum quales sint. | 84 |
| Via quid sonet in scriptura. | 212 |
| Vallare quid sit. | 220 |



INDEX

INDEX

PRO CON-
tionibus.

| |
|--|
| P SAL. 1. pro doctore Ecclesie. Vel pro feria 4. cinerum. |
| Pfal. 2. pro passione. Pro Resurrectione. Pro Ascensione, & pro fer. 5. cinerum. |
| Pfal. 3. pro Euangelio Philippi & Iacobi, & feria 6. cinerum. |
| Pfal. 4. pro euāg. vnius confessoris nolite timere pusillus grex & sabato ante Do- min. 1. Quadragesimæ, & feria. 6. cinerum. |
| Pfal. 5. pro bachanalibus, & feria. 4. Qua- drag. de cæco a natiuitate. |
| Pfal. 6. pro feria. 2. post Domin. 1. & pro feria. 6. de Lazaro. |
| Pfal. 7. pro feria. 6. post cineres. |
| Pfal. 8. pro Cathedra sanct. Petri. |
| Pfal. 9. pro Dom. 1. Aduentus & fer. 2. Dom. 1. Quad. |
| Pfal. 10. pro feria. 6. post Dominic. 5. de Concilio. |

Pfal. 11.

PRO CONTIONIBVS

- Pfal. 11. feria 4. post. Dom. 1. Quadrag.
& Dom. 2. Aduentus.
- Pfal. 12. pro tempore belli, & in die com-
muni Marti: Pro B. Laurentio.
- Pfal. 13. pro Dom. 24. post Pent. & fer. 6.
post. Domin. 4. de Lazaro.
- Pfal. 14. pro feria. 6. cinerum. Et pro
Euangelio. D. Luceæ vel Marci.
- Pfal. 15. feria 6. post Domin. 2. Quadrag.
& pro Resurrectione.
- Pfal. 16. pro feria. 6. post. Dom. 5. Quad.
Pfal. 17. pro tempore belli & de commu-
ni martirum videbitis prælia.
- Pfal. 18. pro festo Trinitatis.
- Pfal. 19. pro tēpore belli & pro Eucarif.
- Pfal. 20. pro aliquo sancto insigniut B. Io-
sepho, Baptista & alijs.
- Pfal. 21. pro passione ad lōgū declaratur.
- Pfal. 22. pro Eucharif. & pro Do. 4. Quad.
- Pfal. 23. pro Templi dedicatione insignis
est: & pro nouo sacerdote.
- Pfal. 24. pro feria. 6. post dom. 3. Quad.
- Pfal. 25. pro fuga Christi in Egyptum.
- Pfal. 26. pro noui Pōtificis aut Regis ele-
tione. Et Dom. in Ramis.
- Pfal. 27. pro oratione Domini in horto.

ERRATAS.

ERRATAS

FOL. 3 para, tiempo, para, siempre
5. ilium, illum. exhibunt, exhibitā. 7. er-
ga, erganos. contractionem, contritionem.
8. in eius, ira eius. 13. mendatius, menda-
tium. 20. nomen tuam, nomen tuum. 17
qui audiri, quam audiri. 18. estat, astat.
19. quid, id. 22. esse, sunt. 33. obitur, obi-
ter. 37. deprimeudiuur, deprimendi. 42.
vastati, vastationem. 44. amater, amare.
47. supluntio, suplitio. dicitur, dicit. 48.
prima. secunda. 52. facti diuic, fasti diuic.
62. est, ex. 63. iustissimos, iustissimus. 68.
pululaueris, cumulaueris. 80. caldatre,
chaldaice. 81. exaplo, exemplari. montis,
mentis. 82. aeri, acri. 108. iohilant iohiāt
111. omnes. omnem. 113. affigit, affigitur.
1117. lauei. aluei. 118. nullus elienti, nul-
lus non elienti. 120. ipsam, ipsum. iustitiæ
iustitiā. suos, sunt. agenedo agendo. iustus,
iustus. 123. illuminandum, illuminandus.
132. concidisti sacrum, condisti saccum.
Iansenio cum; cum Iansenio. 139. proxi-
mo. pro Christo. 143. captiua, capita. 147.
baculandū. bajulādū, 197. terrā, terrarū.

¶¶


D. D.



D. D.

D I D A C O

DE LOS COBOS ET MEN-
doça. Comiti de Riele.



QUATVOR QVÆ
principū animos ad pie-
tatem debent inclinare,
inte viis, vt ajunt, colo-
ribus expressa video, hæc
sunt, sanguinis claritas,
mentis acumen, cor magnum & ad mag-
na natū, ac denique ingenij facilitas, hoc
est, nobilis suauitas, suavis q; nobilitas, pri-
mum vel ipsa natura ad vmbrauit in A-
quila, quam vt reginam auium, sic Cyeni
puritatis, ac pretatis simboli, amicissimā
fecit vt Maro cecinit.

Æneid *Aspice bis senos letantes agmine Cyenos*
1. *Etheria quos lapsa plaga jouis ales aperto*
Turbabat coelo.

Secundum;

Secundum vero quam certū sit, ostendit
Lactācius similan⁹, cū eorum qui illustres
sunt, et de diuinæ mentis lucē participāt,
propriā esse virtutem testatur, iraque (in- *Lactāt.*
quit) si oculos in Cœlum semper inten- *libro. 6*
das, & solem qua oritur obserues, eumque *cap. 9.*
habeas quasi vitæ, nauigij ducem, sua spō-
te in viam pedes dirigentur, & illud cœ-
leste lumen, quod sanis mentibus multo
clarius sole est hic, quē carne mortali vi-
demus, sic reget, vt ad summum sapiētiz,
virtutis q; portum, sine vllō errore per-
ducatur.

Tertium vero quis non videat? etenim
si princeps debet digna principis cogita-
re, quid excelentius quid sublimius virtu-
te? vnus Aureus confiteatur Horatius.

Lauda manentem. Si celeres quatit.
Penas, resigno quæ dedit, & mea
Me virtute inuoluo, probam quæ
Pauperi em sine dote quæro.

Horat.
lib. 3.
Ode. 19.

Denique vt primum in Aquilis, sic vl-
timum in Leonibus natura aperte satis sig-
nificauit, cum enim nullum sit animal ita
regium, nullum ita amore ducitur, bene-

¶ 2 fitejs

ficijs vincitur, & indita nobilitate māsue-
fit, quod pulchre ille Poeta ostendit.

Alciat. *Aspice vt innitibus vires auriga Leones*
Enble. *Expressus gemma pusto vincat Amer. (nas*
de Leo Vtq; manu hac Asciticā tenet hac flectit habe-
ne. Et que est in pueri plurimus ore decor.

Hæc igitur omnia spiritus mihi addi-
derunt vt dominationi tuæ opusculum
meum dicarem. Video sanguinis splendo-
rem paternum, in vtroque Castellæ & A-
ragonix Regno mire colucentem, mater-
num, in Bethica, & haud dubito Deo esse
gratū qui ab eo accepit quod paucis dedit.
Video animi tui dotes, ingenij que tui pre-
stantiam, quæ in multis elucet, tum preci-
pue in juvenili ætate, senilibus moribus
& rerum auli earum optimo iudicio. Vi-
deo generosos spiritus, quos quasi ju-
re hereditario a maioribus tuis accepisti,
ac denique suauitatē, qua pios omnes reli-
giosos q; viros cōplecteris, & hæc omnia
mihi nullum dubitandi locum relique-
runt, cui hoc insigne pietatis regix monu-
mentum, Davidicos inquam Psalmos cō-
fecerat. Rex cōposuit, Religiosi^o exposuit.

Tu

Tu regio sanguine ortus, & mira Religio-
ne cultus, hoc munus accipe. si non te dig-
num, ex Commentatoris indignitate,
te certe dignissimum ex con-
ponentis maiestate.

(*)

VALE.

Fr. Petrus
Maldonado.

AD



AD LECTOREM.

AD LECTOREM

VCCIPE STUDIOSE
Lector non in Psalmos ca-
tenam, quam partim in Li-
pomano, partim in Incog-
nito habes locupletissimā,
non Psalmorum paraphra-

sim cum aliquot annotationibus, quas vi-
debis in Genebrardo Iansenio, & alijs, nō
juxta fontem Hebraicum interpretationes
singularum que vocum radices: quas Eu-
gabinus & alij tradiderūt, non mysticos
reconditos q; sensus, quos tibi offerunt
Augustinus, Ambrosius sancti q; patres,
non in singulis versiculis discursus, qui-
bus

bus aliquorum juniorum abundant con-
ditiones potius quam commentarij. Sed
accipe mirabile cujusq; Psalmi artificij,
perpende ingenium cum pietate conjūc-
tum, vide carmina David non esse dissolu-
tas scopas, sed catenam auream in qua cir-
culus in circulum in nec titur, omnia nā
que vt rex autoritate, vt sapiens ingenio,
& vt sanctus pietate mirabili tractauit,
quod quia iam cupis lucē clarius intueri
nolo te in quæstionibus proemialibus su-
per Psalmos detinere vide prologena Sal-
meronis & tres Genebrardi præfationes.
Illud tamen admonere vollo, antiquis-
simum fuisse in Ecclesia morem, post ves-
peras ante Completoriū populum in tē-
plo congregari, at que sacram Scripturam
declarari, vnde Isidorus noster, post ves- *Isidorus*
pertinum (inquit) congregatis fratribus, in Reg.
oportet de aliquibus diuinæ lectionis *cap. 6.*
quæstionibus disputare, conferendo pie
ac salubriter. Eundem morem in Cipro *Nizes*
& Cesarea fuisse testatur Nizephorus & *pbor. lē*
manifeste eius mentio habetur in Conci- *12. cap*
lio Toletano, 1, c. 2. Vbi absente Episco- *34.*

Cōc. To po, presbitero aut Diacono lucernarium
 let. c. 9. esse prohibetur, quia debebant precedere
 cōtiones. Qui mos utinā renouetur ideo
 ijs sacris lectionib⁹ materia præbemus,
 tempore Quadragesimæ in hac exposi-
 tione Psalmorum, tempore vero Aduen-
 tus in Commentarijs supra Ioannis Epif-
 tolam, & vtriusq; rei complementum
 Deo dante promittimus.

(✱(?)✱)
 (✱)


EXPO,

EXPOSITIO. I.

IN QVA

PSALMVS I.

DECLARATUR.



Artificium Psalmi.



IN Cœlo beatus tria
 habet precipua, est
 in bono immutabi-
 lis, Deū videns, eo-
 demq; fruens, mun-
 do utilis, ac proficuus. Qui vult
 ergo in terra beatitudinē cœli
 effingere, toti dem habet, est in
 bono perseverans, Deum quo
 A modo

Pro Fe-
 ria 4. ci-
 nerum.

modo potest cognoscens, eodemq; fruēs, alijs salutaris, quibus adiunge quartū beatitudinis viæ propriū, vt sic recto itinere adueram beatitudinē tendat. *Hoc posito attendite.*

Pro Do-
ctores.

1. Beatus vir ecce scopus qui nō abiit in Consilio impiorum in via peccatorū non stetit, in Cathedra pestilentiae non sedit.

Ecce primam beatitudinis partē, vt sit suo modo in bono immobilis, cū enim neq; abeat, neq; stet, neq; sedeat, ni de pascuo ni en pie, ni de assietto, ergo nullo modo est in peccatorum numero. Tria commemorat quae incitare possent ad deserendam iustitiam, impiorum consilium, no se dexa lle
uar

uar de malos consejos. *Secundum* via peccatorum, deleytes en q̄ andan los malos. *Non stat, velut in viarum ornatu sistit gradum rusticus negotij oblitus*, no se queda abobado, ni se para dexando su camino. *Tertium*, cathedra pestilentiae. *Aug. Dominandi*, no tiene su descanso puesto entiranzar el mūdo, y cō vn señorio como el q̄ tiene la peste talarlo todo.

2. Sed in lege Domini volūtas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. *Ecce secundam cōditionē, scilicet, quod Deo fruitur (voluptas enim legūt aliqui) illumq; videt non quidem in se quia non est beatitudo Patrie, sed in eius expresa imagine*
A 2 divina

diuina lege qua dici poterit beatitudo à posteriori.

3. Et erit tanquam lignū quod plantatum est secus de cursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.

4. Et folium eius nō defluet, & omnia quaecumq; faciet prosperabuntur. *Ecce tertiā conditionē qd. scilicet alijs fructuosus sit, & quia qui aliorum saluti incūbit tria debet considerare. Primum tunc maiorem fructum se allaturum, cum cœlesti favore magis fuerit irigatus. Secundum maxima se prudentia gerere debere, vt suo tempore, & oportunitate res fiant. Tertium ne proprium decorē amittat alienum procurans. ob 1. dicitur lignū plan-*

plantatū secus decursus aquarū, ob secundū fructū dare in tēpore suo, a lutiēpo, y sazou. ob tertū foliū eius nō defluet sic omnia prospere cedent.

5. Non sic impij non sic sed tāquam puluis quem proijcit vētus à facie terræ. *Impios beatis opponit, vnica que cōparatione tria opponit tribus dictis sunt enim, vt puluis, puluis inquam non lapis nanq; incōstans est, quē proijcit ventus. Puluis non lutum. quia nihil cœli aut cœlitus de lapsum habet. Puluis nō terra aut stercus, quia omnibus molestus nulli rei vtilis est.*

6. Ideo nō resurgunt impij in iudicio neq; peccatores in Consilio justorum. 7. Quoniam

nouit Dominus viam justorum
 & iter impiorum peribit. ex di-
 cto discrimine oritur aliud scilicet qd.
 justus recta incedat ad veram beatitu-
 dinem, si quidem Dominus nouit, id est,
 approbat eius viam. impius errat, &
 nō extollet caput cū iudicatus fuerit
 & vna cū justo apparuerit. At cur
 iter dicitur qd. peribit nō iter agētes?
 an quia cum impius via diuitiarum
 deliciarumque inceserit ipsa bona illi
 peribūt? an quia in Eternū errabūt
 Errò vno el camino, quiere dar
 la buelta, y de sandar lo andado,
 pues quādo el malo vea su mal
 camino, y quiera dar la buelta
 hallarà q̄ ya no ay camino, y q̄-
 darà para tiēpo de escaminado.

EXPO-

EXPOSITIO. II:
 IN QVA PSALM. II.
 DECLARATUR.



Artificium Psalmi.



DE Christo sine du-
 bio est sermo; id
 Patres Docent, vi-
 de catenā, id Ra-
 bini fatētur, vide Eugubi. id san-
 cti indicāt, vide act. 4. n. 15. & ad
 Heb. 1. id deniq; ratio suadet. cui
 enim nisi Christo cōpetit cōsti-
 tutū esse regē ad predicandum
 preceptū Dei, cuius manus os-
 culari iubemur, ne irascatur Do-

Pro Fe-
 ria 5. ci-
 nerum.

A 4 mi-

minus non certe David est qui hic vocatur Iehoua cui seruire, quem adorare, in quo confidere iubemur, sed Christus.

Tria tempora oportet cōsiderare primum tempus passionis Christi. secundum tēpus resurrectionis, tertium reliquum tēpus Ecclesiæ. Narrat. primò, quomodo homines Christum primo tēpore tractauerint, & qua pæna id circo digni sint. secundo quomodo Deus Pater Christum, secundo tēpore tractauerit tertio quomodo Christus, 3. tēpore homines tractabit ab eisq; tractari debeat. primū prestat n. 1. vsque ad. 6. secundū

n. 7.

n. 7. vsq; ad 9. tertium ab hoc vsq; ad vltimum.

1. & 2. Quare fremuerū gentes & Populi meditati sunt inania.

2. Astiterūt reges & principes conuenerūt in vnum ad versus Dominum & aduersus Christum eius.

3. Dirumpamus vincula eorū, & proijciamus à nobis iugum ipsorum.

4. Qui habitat in cœlis irredabit eos, & Dñs sub sanabit eos.

5. Tunc loquetur in ira sua & in furore suo cōturbabit eos. *Ecce primā partē. Perpendite summa cōjuratōnis circumstantias, prima cōjuratos esse oēs populos, & principes*

A 5 qui

Commentarij

qui non illum cohibent, sed potius ille nullam aliam conjurationis causam habet nisi principum exemplum. Secunda modum omnem cōjuratiōis palam scilicet, & occultè vi populi fremētis & consilio principum convenientium in euntiumq; consilia. Tertia pretextas cōjuratiōis causas quia vinculis & iugo à pedib⁹ ad cervices afflicti tenentur.

In his tribus perpende primo stultitiā aduersus Deum consilia ineuntium. Secundum petulantiam esrenatam astantium contra Deū, leuantandose contra Dios. Tertium nullam erga eius Christum & filium exhibunt reuerentiam. Ex his enim tribus orta est conjuratio, & ob hac tria triplex circumstantia in eorum erit supplicio. nã
vt stul-

in Psalm. 2.

6

vt stultos eos Dñs, & subsanabit, vel dabit eos irridendos, & subsanandos; & quia astiterunt in furore suo cōturbabit eos: porque se leuantaron, los echarà por ay, & quia aduersus eius dulcissimum Verbum irati sunt loquetur ad eos in ira sua.

6. Circa secundū. Ego autem cōstitutus sum rex ab eo super Siō Montem Sanctum eius prædicans præceptum eius.

7. Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te.

8. Postula à me, & dabo tibi gētes hæreditatem tuam, & possessionem tuam trōs terræ.

Tria commemorat Christus sibi à Patre præstata post resurrectionem; etenim

cum

cum verbis operibus ac desiderijs Christi male fuisset ab hostibus acceptus. illum namq; crucifixerunt, illuserunt, & eum amplius male tractandi aviditate stuarunt totide modis illum Pater blandissime tractat. primum operibus, ego autem constitutus sum rex ab eo super Ecclesiam rex inquã predicans, id est, sapienter gubernans, testimonium perhibens veritati, & quia per fidem quã docet non per arma, quã tractat animorum regnum administrat. Verbis, Quia Pater eum filij dulcissimo nomine nominavit, siue ratione filiationis aeterna ut D. Th. Aug. & Caiet. fauet queid dixit ad me, quia verbi perductio est dictio quaedam, non presupponens filium, & ideo non dicitur dixit mihi sed
ad me,

ad me, vel ratione incarnationis ut Atanas. Hieron. Theod. Beda. & Euthi. ut Deut. 18. Prophetã suscitant tibi Deus. Siue ratione resurrectionis, ut Chrysost. Hil. & alij cum Paulo ad Rom. 1. & Act. 13. Desiderijs, quia ait Pater Christo, ut petat, que pida mercedes, quã sub boca sera la medida, y quã en esso no harã mucho, pues todo es suyo, como de Hijo heredero, y como de Capitan conquistador.

9. Reges eos in virga ferrea & tanquam vas figuli confringes eos.

Ecce tertium Christi videlicet erga gubernationis modum; plenum aequitate, plenum utilitate, & aequitas representat in virga, virga directionis, virga regnandi.

gnitui. *utilitas inferro quod et si splen-*
didius non sit utilius tamen omnibus
metallicis est. Quia nō splendore exteriori
sed utilitate vera Christi gubernatio
præstat. Subditi tanquam vas figuli
confringentur, confringitur vas sordi-
dum, ut euadat in melius vide Ierem. 18
conteritur cor lapideū per contritionē
ut fiat cor nouum carneum. ut Apo-
cal. 2. suis potestatem cōcedit in virga
ferrea regendi, & tanquam vasa figuli
confringēdi homines, ut scilicet per cor-
dis contritionem adquirant gratiam.

10. Et nunc Reges intelligite
 erudimini, qui iudicatis terrā.

11. Seruite Domino in timore
 & exultate ei cū tremore.

12. Apprehendite disciplinā ne
 quando

quando irascatur Dominus &
 pre eatis de via iusta.

13. Cū exarserit in breui ira e-
 ius beati oēs qui confidūt in eo.

Audisti quomodo se gesturus sit
Rex nouus in suos, audi ab ipso Patre
quomodo ipsi se gerere debeant in regē
& recordare illorū trium, quæ in 1. p.
Psal. origo fuerunt cōiurationis, stul-
ticia, petulantia, irreuerentia; quibus
opponit tria, sapientiā intelligite,
& erudimini, scilicet à doctōribus
qui ad vos mittētur, Timorē seruite
Dño in timore: Y aunq̄ como à Se-
ñor le tēgays miedo, como a tal
le hazed fiestas, y juegos cō res-
peto, exultate ei cum tremore. Deniq̄
reuerentiā, apprehedite disciplinā
 adora-

Commentarij

adornate pure osculamini filiū:
 beſadle la mano, y aprēded buē
 na criãça. *Hac tria præſtari jubet
 ne accidat quid ſimile, quod illis, qui
 tria oppoſita habuerunt, ne quando
 irascat, &c. & pereatis de via
 juſta, id eſt, auſſerat à vobis Chriſtum
 qui via juſtitie eſt, l, erreys el cami
 no del Cielo, vel via adquirenda ju
 ſtitie per pœnitentiam à vobis pereat
 in æternum damnatis, quod fiet cum
 exarſerit in breui in eius, quã
 do ſe le encendiere en vn pun
 to la colera, è contra vero beatos
 vocat qui huic regi adherent & ab eo
 premia ſpectant, Qui confidunt
 in eo.*

PSAL.

in Pſalm. 3.

PSALM. III.

Artificium.

DAVID loquitur cū fu- Pro Fe
ria 6. ci
nerum.
 geret facie à Abſalon fi
 lij ſui, vt probat titulus.

Pſalm⁹ è affectibus plenus, ideo
 ter in fine n. 2. 4. & vlt. dictio *Sela*
 ponitur vt Hiſpane ay, & muſi
 cæ animiq; affectū dennotat in
 duas diſtribuitur partes in 1. cō
 memoratres 4. quæ illū angunt
 periculum augentes, in ſecūda
 totidem recenset, quæ illis qua
 tuor oppoſitæ recreāt eius ani
 mū periculū minuentes, primū
 præſtatur duobus primis nume
 ris, ſecundum inſequentibus.

B

Dñe

1. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi in surgunt aduersus me.

2. Multi dicunt animæ meæ nō est salus ipsi in Deo eius. *Ecce quatuor, quæ regis dolorē acuumt, primum, quid, id est, cur, quasi dicat immerito, que les he hecho yo a mi hijo, suegro y vassallos? secundū multitudinem hostium super se, id est, suorum numerū excedentium. tertio in surgunt, briosos, alentados y orgullosos. quartum quod tanquā à Deo derelictum me insequuntur, qua nulla potest esse acerbior persecutio.*

3. Tu autē Domine protector meus es exaltans caput meum.

4. Voce mea ad Dominū clamaui

maui & exaudiuit me de Mōte Sancto suo. *Ecce secundam partē in qua rationibus meroris satisfacit. incipit ab vltima quod grauior erat. ait q̄ non solū in Deo illi esse salutem, quod vox protectoris, indicat, & quod negabant cōtrarij, sed etiā victoriā & gloriā. quod significat illud exaltans caput meum, idē confirmat, porq̄ aun grito q̄ el de le oye Dios, y acude desde el Cielo.*

5. Dormiui soporatus sum & exurrexi quia Dñs suscepit me. *Ecce primæ rationi satisfacit dicēs me agit quod immerito odio me prosequuntur filius & hostes, me solatur, quod sine meis meritis me Deus beneficijs prosequitur si quidē in vtranq̄ dormiens*

Commentarij

*aurem altissimo somno consopitus suo
tempore suscitator à Deo excubias agere
meq̄ in suam fidem suscipiente.*

6. Nō timebo milia populi cir-
cundantis me: exurge Dñe sal-
uum me fac Deus meus. *Ecce se-
cunda rationi satisfacit, quasi dicat,
sint plurimi hostes cingant latera cir-
cundantes me vndiq̄, escapare por-
lo alto leuantandose Dios, y lle-
uandome configo.*

7. Quoniam tu percussisti om-
nes inimicos in maxilla dentes
eorum contriuisisti. *Ecce tertia, ra-
tioni satisfacit, quasi dicat, vengan-
briosos, y la cara descubierta a-
guzé las muelas, para comerme
a bocados, q̄ Dios les dara vna
afren-*

in Psalm. 3.

II

afrentosa bofetada, y hara las
muelas en que fiauan, *id est, fié-
do vencidos con verguença.*

8. Dñi est salus, & super po-
pulum tuū benedictio tua. *De-
niq̄ iterum quarta rationi satisfacit,
quasi dicat, mentiuntur dicentes non
est salus ipsi in Deo eius nō enim salus
tantum sed copiosa benedictio nō vita
solum sed vita beata à Deo erit.*

PSALM. IIII.

Artificium.

L O Q V I T V R David à Pro Sab
Saule persequutus nō ab bato an
Abalone, vt bene p̄bat te Dom.
Calet. se nāq; iustū hic p̄dicat r. Qua-
drag.
B 3 Absa-

Abſalonis verò perſequentio in adulterij homicidijq; pœnam fuit. Pſalm⁹ eſt optimo muſicæ generi adaptãdus titulus nanq; eſt *in finē*, id eſt, vt Chaldæus probatus ab Eugubino, ad canendũ & exaltandum totis viribus, *por los cabos por extremo hasta no mas*. Siue vt Hier. Greciq; legunt *victori* ſcilicet Archimufico, vel corifeo, id eſt, *al mejor de los cantores a la prima de los muſicos*. Continet hic Pſalm. magnanimitatis materiam in tribulatione. quã in 1. n. à Deo ſibi datam eſſe teſtatur in 2. duos enumerat magnanimitatis effect⁹. 1. hoſtes deſpicere. n. 3. & 4. ſecundus hoſtibus bene-

benefacere à n. 4. vſq; vltimum.

1. Cum inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiz me in tribulatione dilataſti mihi.

2. Miſerere mihi Domine, & exaudi orationē meã. *Ecce duo ſcienda circa naturã magnanimitatis quid ſit? & à quo ſit? eſt dilatatio cordis quia metus mororq; cõtrahit animũ, calorem ſpiritusq; eſpargens vſq; quãq; vt pſ. 17. edduxit me in latitudinē ſtatuit in loco ſpaciolo pedes meos, & Paul. tribulationē patimur ſed non anguſtiamur. Hiſpanè, anchura de coraçõ? Eſt à Deo, præter quẽ nihil cor dilatat. vocat Deum iuſtitiz meæ cũ invocat latitudinē quia ad diuinam equitatē*
 B 4 perti-

pertinet illi cor magnū dare cui magna comissit, aut facienda, aut patienda, ideo saepe David Viuificame secundū iustitiam tuam. Secundū iuditiū tuum viuificame Retribue seruo tuo & viuificame.

3. Filij hominū vsq; quo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendatium?

4. Scitote quoniam mirificauit Dominus Sāctum suum. Dominus exaudiet me cum clama uero ad eum. *Ecce secundam partē, & primum magnanimitatis effectum hostes scilicet parui pendere. Tres Commemorat pessimas radices malorum, quæ ab hostibus illi poterant preuenire quas se despiciere ostendit invidiam,*

diam, odium, astuciam. de prima vsq; quo graui corde? scilicet liuore quo usq; mea gloria erit vobis ignominia, & mea grauitas vobis erit gravis? os da pesadūbre mi buena dicha, y os apesa el coraçō migrauedad, de 2. vt quid diligitis vanitatē? supple meā, amays mi poquedad, id est, que sea vn nonada, y vaya siēpre à menos. de tertia, quæritis mendatius. Quæritis inquam quia fugit mendatium, vt mihi noceat. quæritis quia nō cōmunibus mendatijs astutijsq; contenti exquisita inuestigatis. scitote, sabed muy sabido, quod neq; vestrā inuidiam vereor quia Dominus me cōstituit regem, apesar de mis enemigos marauilloso-

mente me entre faco dellos, neq̄
 vestrū odium & astutiam, contra quæ
 sufficit mihi oratio quoniam exaudiet
 Dominus. Se sanctum appellat. primò
 id est, regem quia reges in Scriptura
 sancti dicuntur, vt 2. Reg. 7. iuxta no-
 men magnorum qui sunt in terra.
 70. Regum. alij Sanctorum, &
 Pl. 109. in splendoribus sanctorum, id
 est, inter illustrissimos reges vnde quod
 Luc. 10. n. 24. dicitur multi pro-
 phetæ & reges voluerūt videre
 quem vos videtis. Matt. 17. n. 16.
 dicitur. Prophetæ & iusti. Siue.
 Secundo quia sanctus significat mag-
 num & ingens sic enim Latini appel-
 lant famen sacram, morbum sacrum,
 os sacrū, & Angeli, & Serafin tātum

San-

Sanctum, id est, maximū appellant
 Dominum. Siue deniq; quia significat
 in violabile stabile quod ledi non potest
 siue à verbo sancto, vt habetur in in-
 stituta de rerum diuisione §. Sanctū
 in glossa: siue à herba sagmen seu ver-
 bena Hispanæ grama, vt de rerum di-
 uisione. Lege sanctū, quæ herba teste
 Plinio lib. 22. c. 2. legatis Romanis da-
 batur, vt nulli eis nocerent. Sanctus
 ergo dicitur quia Rex magnus est, cui
 nulli ledere possunt.

5. Irascimini & nollite pecca-
 re, quæ dicitis in cordibus ves-
 tris, & incubilibus vestris com-
 pungimini.

6. Sacrificate sacrificium ius-
 titiæ & sperate in Domino.

Ecce

Ecce secundum magnanimitatis effectum, hostibus scilicet benefacere, quod prestat, illis saluberrima (si vellet audire) cōsilia præbēdo, quæ ad tria capita reuocantur, vt scilicet de præteritis doleant, corrigantur in posterum, & iustam aliquā Deo exhibeant satisfactionem. de primo Irascimini omnes ibi contremiscite, vt cum dicitur fundamenta mōtium irata sunt quoniā iratus, est eis, tēblad de Dios, y ayraos contra vosotros. de secundo, nolite peccare amplius, & Quoniā dolor seu compunctio, vt præterita delet sic ad futura munit animum, ad vtrunq; mediū adhibet, de ijs scilicet, quæ in cordibus vestris & penetralibus egistis cōpungimini intime dolete.

dolete. de tertiō sacrificate sacrificium iustitiæ. sine vt Chaldaeus calcate cōcupiscentias vestras occidite hæc bruta animalia, quod erit Deo acceptū sacrificium, siue quid aliud offerēdo vt iusta fiat satisfactio ob inus læsum; quæ si feceritis sperate in eo quod scilicet veniam consequemini.

Multi dicunt quis ostendit nobis bona?

7. Signatū est super nos lumē vultus tui dedisti lætitiā in corde meo. 8. A fructu frumenti vini & olei sui multiplicati sūt. Ecce 3. p. in qua respondet ei quod magnanimitati potest offerri hunc scilicet Dei fauorē nō videri, hæc bona quibus nititur magnanimitas non aparere in longum

longum tempus esse reposita. Res-
pōdetq; duo esse eius quod nō videtur
clarissima signa. primum interius ex
suauitate interna, & spe quadā animæ
indita, quæ tanquam lumen quodam
meroris tenebras expellit quo illuces-
cente datur cordi lætitia. Secundum
exterius ex terræ scilicet fecunditate
& fertilitate agrorū, quæ initio regni
Davidis contigit. Sed cur ad Deū ser-
monē conuertit cum deberet esse respō-
sio ad eos qui incitauerant? an vt osten-
deret à Deo non ab alio tantum bonū
prouenire? an quia nequit horum re-
cordari quā mens ad bonorū auctore
conuertatur? an deniq; quia luminis
illius interni solū Deus ipse testis est.

9. In pace in id ipsum dormiā,
& re-

& requiescam quoniā tu Dñe.
Singulariter in spe cōstituisti me
Sic expressa magnanimitatis natura
pprietate, effectu, & cōtrario, cōcludit
egregio eiusdem virtutis actu quia in
id ipsum, id est, vna cū hostib⁹ cubabit,
& securus erit, quoniam Deus solus
nullo alio adiutore spe consequenda vi-
ctoriæ animum roborauit.

PSALM. V.

Artificium.

PSALMVS hic cantan- Pro Dom.
dus erat in musico instru 1. Quad.
mento Nichiloth & sig-
nificat hæreditatem, vel eā, quæ
hæreditatem consequitur, &
huc

huc spectat titulus. In eo David ostendit duo, primum, quid illum excitet, ut Deo seruiat scilicet quod alij eum offendant. secundum, quid Deum moueat ut Davidi benefaciat scilicet quod multi ei malefaciant. Itaque peccata sunt Deo occasio benefaciendi justis quibus peccata sunt etiam occasio ei amplius seruiendi. Diuiditurque Pls. in tres partes in 1. à n. 1. vsque ad tertium ostendit David duo erga Deum offitia orationem scilicet propter tamque obedientiam in 2. à n. 3. vsque ad 7. ostendit quid illum ad hæc pietatis offitia excitet scilicet peccata hominum, & Dei
erga

erga eos odium in 3. à n. 7. vsque ad vltimum. mirabili quadam correspondetia eam iustitiam à Deo expectat quam impij deseruerunt, in eisque rebus premio affici, in quibus impij poena afficientur.

1. Verba mea auribus percipe
intellige clamorem meum.

2. Intende orationi meæ rex
meus & Deus meus. *Ecce primam partem in qua tria orationi suæ nomina imponit, vocat enim verba, clamorem, & vocem orationis, iuxta triplex potissimum genus orationis. primum vocalis verba, hæc petit, ut percipiantur auribus, vox scilicet oris, ut auribus audiatur; vnde sicut parum est Deum*
G *audire*

audire si non intus acceperit sic parum est loqui si intus verba nō animētur: a palabras solas, orejas solas . 2. Clamor, gemitusq; cordis hic petit vt intelligatur dolor enim qui clamare facit non loquax est sed verbis cōcisus intelligi potius qui audiri petens; & quia clamor plus quam verba dicit ideo petit quod Deus intelligat, quod plus sonat, quam quod percipiat. Y a buen entendedor, pocas palabras. Tercium affectuosa quedā profunda q; oratio ex boni meditatione orta, hoc dicitur vox orationis, cui petit vt Deus attendat, tanquam grauiori sublimiori que orationis generi, quod grauius & sublimius ex parte Dei postulat.

3. Ma-

3. Mane astabo tibi & videbo. Orationē sequitur propta obedientia ideo se cōparat famulo qui mane estat aurib⁹ arrectis & suspicit an vocetur à Domino? vt protinus accurrat. mane astabit & videbit. bene orationi adiungit obedientiam quæ duo debere esse inseparabilia Proverb. 28. declaratur Qui declinat aures suas ne audiat legem oratio eius erit execrabilis. vel vt Septuag. ipse orationem suam abominatus est.

Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

4. Neq; habitabit iuxta te malignus; neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.

5. Odicti omnes qui operantur

C 2

ini-

Commentarij

iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

6. Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus.

7. Ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. *Ecce secundam partem propter quod scilicet David excitetur ad pietatem; duas adhibet rationes. primam, ex parte Dei erga impios, quos scilicet non vult, odit, perdit, abominatur. in quibus perpende ascensum. secundam ex parte impiorum erga Deum quia non habitant iuxta eum, neque permanent in conspectu eius ubi nota descensum, nisi viuent in sua casa, nisi parant in sua vista.*

Quibus

in Psalm. 5.

19

Quibus se opponit qui introibit in domum Dei, id est, entrarà, y assentarà por su criado, & adorabit oculis fixis in fœderis tabernaculum, neque enim licebat quibus quibus illuc ingredi. Nota id in multitudine misericordiae tuae, quia non sibi sed Deo miserenti id tribuit David, & quia non unum ex illis esse ab hominum moribus me hominem esse diuersum, opus est illius multae misericordiae, atque pietatis.

8. Deduc me Domine in iustitia tua: dirige in conspectu tuo viam meam.

9. Quonia non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

10. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose

C 3

age-

agebant iudica illos Deus. *Ecce tertiã partem in qua à Deo duo petit aliud interius aliud exteri⁹ in hominũ Deiq; conspectu viã dirigi, quia aduersarij in tuis exteri⁹q; à via declinãt; neq; enim ore veritatẽ loquũtur, neq; Deum corde habent quid enim est cor esse vanum. Exterius os habent, vt sepulchrũ patens omnibus, siuè quia ex corde mortuo prau⁹ fetor eructat ore, siuè, porque todos caben en aquel carnero hediõdo, y como en tiempo de peste cuerpo ropa, &c. toda va alla, sic de todo murmura. Et linguis dolere agunt ea scilicet, quæ prauis cor illis cõmendat, son sus lenguas agẽtes sollicitos del coraçon peruerso.*

Iudica

Iudica illos Deus.

ii. Decidant à cogitationibus suis secundum multitudinẽ iniquitatum eorum .xpelle eos, quoniam irritauerunt te Dñe. *Tria contra hostes petit. primò, vt iudicentur, siue incidentes in foveã quã fecerunt, & os contra alios apertum cõtra se aperiant cum in inferno se insensatos & stultos vocabunt. siue vt damnentur iuxta communem iudicij significatum. Secundo, vt eorum spes in irritum cadat. Tertiam, vt expellat eos, prebetq; rationem quia irritauerunt te ad irã provocarũt nõ enim nisi irritatus vindictam seruit.*

12. Et lætentur omnes qui spe

C 4

rant

rant in te in æternū exultabunt
& habitabis in eis.

13. Et gloriabuntur in te qui diligunt nomen tuam. *Ecce tria bona à Deo præstanda justo ex diametro cum illis tribus malis pugnantia cum iudicio condēnationis pugnat lætitia salutis. cum innanibus cogitationibus decidentibus, æterna exultatio sperantium in Deum. Cum expulsiōne à Deo, habitatio in eis, id est, tantum abest, ut expellantur à te, quod tu in eis habitabis.*

14. Domine ut scuto bone voluntas tuæ coronasti nos. id est, tua misericordia tuamq; in nobis beneplacitum nos undique tuebitur sic
nos

nos omnes ab imis unguibus ad verticē vsq; capitis deffendet. Corpus scuto coronari, ac deffendi solet, veluti cum a pud Isai. 22. num. 18. dicitur Sobnæ coronans coronabit te tribulatione, id est, totum affliget. vide an pulchre, hæc refferantur ad Christum? etenim propriè legi potest cum Genebrardo, ut scuto, beneplacito tuo coronabis nos, quod nam beneplacitum? Illud de quo clamabant Angeli iuxta lectionē Grec. Gloria in excelsis, in terra pax & hominibus beneplacitum Christus scilicet qui scutum fuit, cū, ut nos tueretur, Dei ictus suscepit.

Pro Fe-
ria 2.
Dom. 1.
Quad.

PSALMVS est quodam
musicæ instrumento can-
tandus quod octaua di-
citur idq; in dicat titulus edi-
tus est a Dauide ægrotante post
adulteriũ & homicidiũ diuidi
in quatuor partes, iuxta quas
mirabili quodam ordine Rex à
Deo postulat. primum ne Deus
illi irascatur. secundum, vt ira
relicta misericordiam induat.
qua habita petit. tertio, vt mor-
bũ sanet, ac deniq; quia corpo-
ris infirmitas ab animæ egritu-
dine orta est. quarto, petit
animæ

animæ salutem in quo, vt potè
præstâtissimo trib⁹ rationibus
adhibitis amplius immoratur.

1. Dñe ne in furore tuo arguas
me: neq; in ira tua corripas me.
*Ecce primam partem vbi nota quod
cũ in alijs tribus petitionibus pro se ra-
tiones adducat in hac nullã, offert rati-
onẽ indicans se ita Dei irã promereri, vt
nullam ad eam sedandã excusationẽ
possit adhibere, primũ dixit arguere
deinde corrigere quia prius de peccato
conuincit quam puniat.*

2. Miserere mei Deus quoniã
infirmus sum. *Ecce secundam mi-
sericordiam implorat ad quã tamẽ cõ-
sequendam miseriam representat. Sa-
name Domine quoniam con-
turbata*

turbata esse ossa mea.

3. Et anima mea turbata est valde sed tu Domine vsq; quo. *Ecce tertiam vbi perpende tria. primum quod sanari petens tanquam rationem adhibet quod morbus gravissimus, sit ad ossa vsq; pervadens. secundum quod non contentus corporis gravissimum morbum representare anima vehementer conturbatione ostendit quia cum hac plus à Deo diligatur, eius gravissima conturbatio plus ad medellam excitabit. Tertium, affectum illum aliquanto liberiorē sed tu Domine vsq; quo oriri ex rationis vi quam se Deo proposuisse putabat, crescit nāque in divina misericordia spes quò maior est humana miseria.*

5. Con-

5. Conuertere Domine & eripe animam meam. *Ecce quartum vbi anima salutem implorat, affert que tres rationes, saluum me fac propter misericordiam tuam. Ecce primam & potissimam.*

6. Quoniam non est in morte qui memor sit tui in inferno autem quis confitebor tibi? *Ecce secundam rationem, quia non sibi bene dispositus videtur, ut moriatur & quam veniam hic non fuerit consecutus non consequetur post vitam.*

7. Laboravi in gemitu meo, lababo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.

8. Turbatus est a furore oculus

Ius meus inueteraui inter oēs inimicos meos. *Ecce tertiam rationem quia scilicet poenitentiam agit, quae triplex fieri poterit vel quas Deus poenas infligit acceptando, vel alias sponte sibi inferendo, vel ab hostibus illatas sustinendo libenter, quibus modis se poenitere insinuat David, de primò dum lectum stratumq; commemorat, cui Deus illis alligauerat. de secundò, dum lachrymas gemitusq; recēset, & oculū prefurore turbatum, id est, ut Hier. prelachrymarum amaritudine caligātem. corrosam, vel timeantē cum Caietano. de terciò, dum se dicit inueterasse, id est, senio defecisse inter tot insultantes hostes.*

9. Discedite à me omnes qui
opera-

operamini iniquitatem quoniā exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

10. Exaudiuit deprecationem meā orationē meam suscepit.

11. Erubescant & conturbētur vehementer omnes inimici mei cōuertantur & erubescāt valde velociter. *Certus David de consequenda salute ad insulcātes hostes qui eum inter mortuos numerantes triumphabant conuertitur, & ascensu facto. primò, ut discedant. secundò, ut erubescant. terciò, ut conturbentur idque citissime hęc mea salutis nuncio audito, monet & imperat.*

Artificium.

QUOD Psalmus intelligēd° sit cū Septuaginta Chaldæis & Hebræis non vero *ignorantia*, vide apud Eugub. Editus est cōtra Saulem dum ab illo affligitur id enim indicat titulus. *Psalmus quem curavit Domino*, Proverbis, id est, super rebus ac factis, quæ verba dicuntur Luc. 1. Deut. 4. *Cusi*, nō illius de quo 2. Reg. 15. ut vult Eugub. & alij contra quos vide Iansen. sed Saulis quē proprio nomine nō appellat quia id moris est scribentiū in alios, vocat autem

Tit. Ps.

autem *Cusi*, id est, nigrum, atque Ethiopē ut Simachus, & Aquila, ut Hispane, *que negro Rey*. Et apud Latinos *hic niger est*, hunc tu Romane caueo. Vide Genebrard. *Fili gemini tritavi Saulis* 1. Reg. 9. Diuiditur in duas partes iuxta duo quæ implorat misericordiam & justitiam. 1. pro se. 2. contra hostes, a quibus petit liberari & tres ad hoc consequendum rationes proponit. 1. se in Deo solū spem suā collocasse. 2. se immerito ab hostibus affligi. 3. quia afflictus non vindictam, quæ sicut, in qua ut pote fortissima amplius immoratur. in secūda parte hostes petit

D puniri

puniti & triplicē ad id rationē affert. prima est quia id ad Dei spectat honorē. secunda ad populi bonum spirituale. tertia ad proprium ipsius Davidis à Deo in Regem constituti honorem. & quia his opponi poterat diuina misericordia causas peccatorum agēs, rationibus, quæ ex misericordiæ parte afferri poterant pulchrè satisfacit.

1. Dñe Deus meus in te speravi, saluū me fac ex omnibus persequentibus me & libera me.

2. Ne quando rapiat, vt leo animam meam: dum non est qui redimat neq; qui saluum faciat.
Ecce in prima parte prose orās primā adhi-

adhibet rationem, quod, scilicet, nullū alium habeat liberatōrē cum nulli alteri res suas præter Deum cōmiserit.

3. Dñe Deus meus si feci istud si est iniquitas in manibus meis. *Ecce secundam rationem in qua facti probat innocentiam suē in perduellionis crimine quod imponebat Saul, siuē in re aliqua alia iniusta, vt vult Aug.*

4. Si reddidi retribuētibus mihi mala decidam merito ab inimicis meis inanis.

5. Persequatur inimicus animam meam, comprehendat, & cōculcet in terra vitam meam, & gloriā meam in puluerem deducat. *Ecce tertiam rationē, vt scilicet Deus deffendat eū qui aduersarios.*

non offendit, & nota cum August. verbum illud retribuētibus non dixit tribuentibus, quia maioris, inquit, patientia est neq; ei mala reddere, qui acceptis beneficijs reddit mala pro bonis, quam si nullo antea accepto beneficio nocere voluisset. idq; jurat ut bene August. notat per execrationē quod est gravissimum juris jurandi genus. duas affert execrationes. Que nunca salga con nada, contra sus enemigos, y que ellos salgá con todo. de primò, decidam merito ab inimicis inanis, nunquã aliqua consequutus. nota illud merito quia iuste nō vindicatur, qui vindicari se vult. de secundò, nota ascensum duplicem, persequatur, comprehendat, conclus-

conculcet, deducat in pulverem. Item vitam, & gloriam, pluris enim gloria quam vita solet haberi.

6. Exurge Dñe in ira tua, exaltare in finibus inimicorū tuorū. Ecce secundam partem psalmi, in qua contra hostes Dei implorat potentiam, pro se jã implorata misericordia; in ira enim exurgere est nō jã ad hominum misericordiã inclinari, exaltari in finibus, id est, trāsitibus, est diuinã potētiã ostendere, cū hostes transferiat in me.

8. Exurge Dñe in præcepto, quod mandasti incipit rationes proponere ob quas Deus debeat inimicis irasci, primo quia id ad Dei spectat honorē, exurgere enim in præcepto est virtutem suam ostendere infide seruãda,

paetus namq³ fuerat cum Davide se illū liberaturū si in præceptis suis ambulasset. Vel quod alijs principibus iubes de innocentium defensione ab improbis ipse prius præsta, quod ad Legislatoris pertinet honorem.

Et synagoga populorum circumdabit te. Ecce secundam rationem ob spiritualem populi utilitatem, fiet namq², ut de medio sublato. Saule rerum diuinarum perturbatore, religio vigeat tēplum frequentetur, & omnes ad diuinum cultum reuertantur. siue quia bellorum cesabūt tumultus, qui res diuinas solent perturbare, silēt namq² templa cum arma clamant, siue quia insigni erga Saulem supplicio populus timore compulsus ad Deum cōfugiet

fugiet, ut solet in magno aliquo Dei flagello ingenti timore concuti.

8. Et propter hanc in altū regredere, Dñs iudicat populos. Nouerat David ardentē Dei erga populum amorem ideo persistit in secunda ratione, & petit, ut huius bono cōsulens, iniustitiæ solium regrediatur vnde misericordia cōmotus, videbatur dicesisse, ut sic oēs cōmuni voce, & pro uerbio clamēt. Dñs iudicat populos.

9. Iudica me Domine secundū iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me. Ecce tertiam rationem ubi nota illud super me. denotare quod suo damno ac periculo voluerit innocentiam cōseruare, a unq² me llouia encima.

10. Cōsumetur nequitia peccatorum & diriges iustum scrutās corda & renes Deus.

11. Iustum adiutoriam meum à Domino qui saluos facit re-ctos corde. *Ecce Davidis morem qui certus de impetrando eo quod petit, tanquam prouidens jam loquitur post orationē testat^r exauditas preces. quod non mirum cum ethnici ea spe post orationem gauderent, ut Ouidius lib. 2. Elegia. 1.*

Quod precor eueniet sunt certa oracula vatum.

Nam Deus optanti prospera signa dedit.

Et Horatio teste post carmen seculare;
Chorus, hæc Iouem sentire clamabat.

12. Deus iudex iustus fortis & paciens nunquid irascitur per singulos dies? *Ecce tertiam psalmi partem in qua diuina misericordia, qua pro peccatoribus posset agere respondet. poterat à Deo peti. primò, ut paciens esset. secundò, ut prius cōminaretur quam puniret, ut sic resipiscerent. tertio, ne subito & statim eos puniret. ad primum respondet jam dudum eos sustinuisse; nã cū sit Iudex, qui punire debet. iustus qui velit, & fortis, qui pos- sit ad puniendū fuit patiens diu sus- tinendo. nunquid irascitur per singu- los dies? & secundū, aliā lectionē nōne irascitur per singulos dies, cada dia no haze sino reñir, y amenazar.*

13. Nisi cōuerſi fueritis gladiū

D 5 suum

suum vibrauit, arcum suum tendit & parauit illud.

14. Et in eo parabit vasa mortis sagittas suas ardentibus effecit. Perstat in responsione ad secundum satis enim Deum admonuisse testatur, cum saepe per ministros suos dixerit, iam illum comparasse arma quibus puniat, vbi nota gladium acuerere ad vibrandum, arcum tendere, & in eo sagittas letales tella^q mortifera parare, ea veneno ardenti oblinire, nil aliud esse quam eo maiora supplicia moliri, quo plus diuina iustitia tardat ipsa namque in puniendo remissio effi-
cax est maioris suppliti^j admonitio.

15. Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, & peperit iniqui-

iniquitatem. Respondet ad tertium, & probat non subito puniri malos, sumpta comparatione à muliere, prius enim concepit mente injuriam inferendam, conceptam fouet, & maturã parit, vbi nota prius dixisse parturire, id est, dolorem partus sentire iuxta illud. Antequam parturiret peperit, postea concipere ac tandem parere cum deberet prius de conceptione meminisse. Quia tamen dolor animi quẽ malus in malo patrando habet non sentitur cum foras erumpit actus, tunc enim vehemens animi passio nullum dolori locum relinquit sed cum, primùm incipit animus mala moliri tunc diros patitur mens exagittata cruciatus. itaque cum incorporalibus
dolor

dolor sit, in iustitia vero saepe in conceptione, e contra dicit David parturivit in iustitia & concepit dolore, quia malus malum concipiendo turbatur, non ad eum cum illud exequitur injuste.

16. Lacum aperuit & effodit eum incidit in foveam, quam fecit.

17. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Denique diuina misericordia pro impijs agenti aliquid concedit David. scilicet ne maiori poena afficiantur hostes, quam ea qua ipsi iustos conabantur afficere, non aliam foveam vult parari, nisi quam ipsi foderant. non alium dolore nisi quem ipsi moliti fuerant, non aliam iniquitatem

ratem seu poenam, nisi quam ipsi erant machinati. sic enim satrapa Darij in eas insidias incurrunt, quas Danieli parant, sic Laban cum simplicitate Jacob defraudare parat decuplo defraudatur, sic cruci affigitur Aman aduersario parata, sic denique Saul Davidem regno priuans se eodem in dies reddit indigniorem.

18. Confitebor Domino secundum iustitiam meam & psalmam nomini Domini altissimi. Sine promittens gratiarum actionem si haec consequatur, sine certus de consequendo quod petit, promittit David pro gratiarum actione psalmos secundum iustitiam suam quia iustum est ei gratias rependere a quo beneficium consequatur.

PSAL.

PSALMI titulus est *pro torcularibus* siue quia cōposit^o fuit cū Dauid esset inuincis torculariū tēpore, sumpta enim occasione a celeuma te quod cantari solet ab exprimētibus vbas, ipse carmina efficiebat. siue quia vt D. Thom. vult aptus est Psalmus ad tabernaculorum festum, quod tēpore torculariū exprimendorū celebrabatur, vt Deut. 16. Siue quod veriūs apparet cū Chaldeo Gitotit est musicum quodam instrumentū ab vrbe Geth quæ

quæ significat etiā torcularia ideoq; Septuaginta legerūt pro torcularibus; & merito. tū quia Dauid hic agit de martyru persequutionibus. Tum quia sermo de Ecclesia instituitur, quæ vt Aug. Theod. & Euthim. torcular quodam est, in quo vitis est Christus, fideles palmites, vba fides, vinum fructus salutis. vide Isai. 5. Matth. 21. pluralis numerus fidelium denotat multitudinem.

Describitur in hoc psalmo quā gloriosus sit De^o in Ecclia, diuiditur tres præcipuas partes iuxta totidē res, in quibus Deus gloriosus apparet in Ecclesia.

in

in prima agitur de modo quo Ecclesia propagata est. in secūda de ipsius Ecclesiæ Sanctitate & splendore. in tertia de in numeris beneficijs, quibus hæc Ecclesia à Deo est cumulata, quibus dictis reddit psalmus tanquam annullus ad gemmam. primo versiculo repetito.

1. Domine Domine quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

2. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Ecce scopum psalmi, & nota primo sermonem esse cum Christo Domino. Nā nomen Domini primo locó est Iehoua secūdo Adonai. in primo denotatur diui-

diuinitas, in secundo, peculiaris dominatio qualem Christo tribuebant Apostoli quando illum Dominum nominabant, & de qua ut obitur dicam exponendus est Anastasius Sinaita. Cum lib. 7. com. in exem. in appendice Bibliotheca Sanctorum, Ex Dionis. Refert Deum post susceptam carnē appellari Dominū. nouo scilicet dominationis genere.) Secūdo nota nomē dici admirabile siue, quia Deus ipse est admirabilis iuxta scripturæ phrasim in qua nomē pro re ipsa sumitur, siue pro gloria, & fama, ut Hispanice ne mucho nombre. tertio, Magnificencia elleuata super cælos est Dei maiestas & gloria supra modum magnificata, ut Hispanice, poner à vno E en las

en las nubes, vel sub illo al cielo
 cō alabācas, est aliq̄e mire laudare
*Magnificentia autē significat Dei ma-
 iestatem & gloriam, quæ in opere redē-
 ptionis ellucet, vt cum Apostoli dicun-
 tur loqui magnalia Dei.*

3. Ex ore infantium & lacten-
 tiū per fecisti laudē, vt destruas
 inimicum, & ultorem. *Ecce pri-
 mum in quo Dei maiestas splendet in
 Ecclesia in modo scilicet quo Laus Dei
 euāgeliiq̄ propagatū est; dū, De⁹ mūdi
 ignobilia elligit, vt cōfundat fortia, per
 Apostolos in quam adeo rudes, ac idio-
 tas, ac si infantes, vel lactēres essent des-
 truxit Deus. Inimicum & ultorē
 i. diabolum qui antonomatice dicitur
 inimic⁹ homo, vt Hispanē el enemigo
 dicitur*

*diciturq; ultor, vel quia peccantes vl-
 ciscitur, vel, porq̄ se vega en los hō-
 bres, del mal q̄ le haze Dios, vel
 inimicum, & ultorem, id est, tyrannum
 & superbum cuius epiteton est ultor.*

*Et nota Gracos Latinosq; Patres
 exponere de acclamatione Christo facta
 à pueris in die ramorū, cū, Theod. Eu-
 thim. & Caiet. testantibus, infantes ipsi
 & Lactentes, qui fandi etate non ha-
 bebant Deo mirabiliter eorum linguas
 solvente Dei laudes predicarūt. Quod
 nostræ expositioni non obest. quæ. n. à
 pphetis de Christi Ecclesia miraculosa
 narratur licet pri⁹ fuerint in ej⁹ prædi-
 catione expleta, futurū Ecclesiæ statū
 ad literam respiciebant, vt illud Isa. 35.
 Aperientur oculi cæcorum, &c.*

E 2

4. Quo-

4. Quoniã videbo cœlos tuos
 opera digitorum tuorum Lunã
 & stelas, quæ tu fundasti. Ecce
 secundum, in quo Dei magnificentia
 ellucet in Ecclesia, splendor scilicet vi-
 ra, & illustris fidelium Sanctitas. Ec-
 clesia enim & semen spirituale Abra-
 hæ cœli vocantur, & Stella Genes. 15.
 1. ad Cor. 15. Daniel. 2. Hierem. 33. ubi
 nota illud tuos, vel quia de horum
 spiritualium cœlorũ fabrica plus glo-
 riatur, estis es obra mia, vel si cum
 Christo sit sermo quia Christus cœlũ
 novum terrasq; , novus creavit Ec-
 clesiam suo labore industriaq; fundã-
 do. vocanturq; opera digitorum,
 ad significandam operis excellenciam,
 ut cum dicitur digitius Dei est hic non

nominatur Sol quia cum Christo est
 sermo qui Sol Ecclesie est sic enim
 Apocal. 21. civitas Hierusalem non
 eget solet quia lucerna eius est agnus.
 Et mulieres illæ dicuntur venisse
 ad monumentum orto iam Sole scili-
 cet Christo nam materialis non dum
 illuxerat, dicente Ioanne, Cũ adhuc
 tenebræ essent. Deniq; in eo verbo
 fundasti quod ppriè significat in suis
 cœlis seu orbibus fixisti indicari vide-
 tur stelarũ varietatem, & quã nos ju-
 dicamus confusione, fideliumq; diuer-
 sitatem in Conditione & Statu con-
 sulto à Deo fuisse factam.

5. Quid est homo quod me-
 mor es eius aut filius hominis,
 quoniam visitas eum?

6. Minuisti eum paulò minus ab Angelis gloria & honore coronasti eum. *Ecce tertium, in quo Dei gloria ellucet in Ecclesia in beneficijs inquam, humano generi Collatis enumeranturq; duo beneficiorū genera. primū omnibus cōmune. secundum peculiare peculiaribus hominibus collatum. primi generis sunt Deum memorem esse hominis, id est, illi bene facere ut Hispanè acordaos de mi, id est, hazedme merced, Deū visitare hominē, quod, vel in cōi significat Dei misericordiam juxta illud visitaſti terrā multiplicasti locupletare eā, vel in particulari misterijū incarnationis, ac redemptionis iuxta illud Zach. in Cārico visitaſti & fecit redēptionē plebi suæ.*

Deum

Deū minuiffe hominē paulo minus ab Angelis minuisti, inquam, nō natura quia id èt præter rē sed quia interres angelorū puritatē imittantur pleriq; cū militans Ecclesia paulo sit à triumphāti inferior, Hispanè dicitur de viro justo es como vn Angel, deniq; gloria & honore hominem coronare ob premium quo potitur siue ob gratiam qua illustratur. vbi nota ascensum primo enim recordatus est hominis, secundo pro illo factus est homo tertio illum gratia ornavit. postremò illum gloria coronavit.

Cōstituiſti eū super opera manū tuarū. 7. Oīa subiecisti sub pedibus eius oves & bobes vniuersas insup & peccora cāpi

E 4

Vo-

8. Volucres cœli & pisces maris qui perambulant semittas maris. Ecce secundum beneficij genus peculiaribus hominibus Ecclesiæ collatum, huius scilicet Ecclesiæ principibus data potestas vt bene August. Quoniã vero inter homines alij superbia elati, alij negotijs temporalibus obruti, alij mites sunt, ac simplices, ideo alij volucres cœli alij Pisces maris, alij oues appellatur, ac bobes iuxta id Oseæ 2. Percutiam fœdus cum bestia agri volueri cœli & reptili terræ, ideoq; hæc potestas aliquãdo arti venatoriã cõparatur Hier. 16. Mittã multos venatores, ac venabuntur eos, aliquando piscatoriã vt Matt. 4 & Hierem. 16. Aliquãdo pasto-

pastoris officio, vt Ioã. vlt. data est ergo Ecclesiæ principibus potestas deprimẽditur superbos pascendi esurientes & homines à vitijs euocãdi. Nota nostra expositioni nõ obstare Paulum qui ad Hebr. 2. & 1. ad Cor. 15. eum versiculũ de Christo interpretatur, ea nãq; quæ in Ecclesiæ principibus est potestas, tãquam in fonte primario in Christo residet, vnde quod de Ecclesiæ principe in cõmuni dicit David ad Christũ precipuum principem applicat Apostolus.

10. Dñe Dñs noster quã admirabile est nomen tuũ in vniuersa in terra. Cum bene quod proposuerat probauerit in maiorẽ diuinæ gloriæ raptus admirationẽ idem quod initio proposuerat reppetit.

Commentarij

PSALM. IX.

Artificium.

Rejicimus huius psalmi
diuisionē in duos factā
ab Hebræis quā ex nos-
tris Arias, Flamini^o, Caie. & alij
sequuntur, quia etiā apud Hebr.
nō est cōiter accepta de quo vi-
de Genebrardū. Sequimur vul-
gatā quæ 22. nu. & duode vigin-
ti in vno psalmo cōprehēdit nō
quia ex auctoritate vulgatæ cer-
to coligatur vnum esse psalmū,
cū Ecclesia in quotidiano lau-
dū horarumq; minorū officio.
ex vno duos Psalm. efficiat, sed
ob

in Psalm. 9.

38

ob mirabilem partium duarum
conexionē quæ optimē sub vno
artificio comprehenduntur vt
iam demonstro.

TRiplex huius psalmi ar-
tificiū describi potest pri-
mū si suponas Davidē
spiritu prophético preuidisse
suarum afflictionū felicissimū
exitum in qua preuisione læta-
tur, sed statim præseti calamita-
te perculsus dolet, & juxta hoc
psalm. in duas partes distribui-
tur iam enim de futura victoria
triūphat, lætatur, & gratias agit
iā de præseti calamitate gemit,
conquæritur, & acussat hostes;
pri-

Commentarij

primum, præstatum à n. 1. vsq; ad 13. 2. ab hoc ad 16. reddit ad ab hoc vsq; ad 20. 1. reddit ad secundum, ab hoc vsq; ad 40. a quo vsq; ad vltimum reddit ad 1.

Secunda via inveniendi hujus psalmi artificium erit si ad Christi refferas victoriam quam nobis obtinuit in cruce quoad sufficientiam, sed in qua adhuc obtinenda, quoad fructum, & efficaciam nobis laborandum est, cuius victoriæ imago in Davidis victoria à Saule parta præcessit. Nam licet David victoriam in Saulis morte comparauerit, adhuc in ea fruenda opus fuit multos annos librare, cui artificio fauet

in Psalm. 8.

39

fauet psalmi titulus *Pro arcanis, vel occultis filij*. siue vt Hierem. cū Hebræis super mortem filij, id est, pro abscondita in filio hominis moriente victoria. fauet Sanctorum expositio præcipuè Athanasij, qui per *inimicum* hic intelligit dæmonem; fauet illud conuertantur peccatores in infernum, id est, reuertantur dæmones in tartara, vnde fuerant ad Christū opugnandū egressi. fauet deniq; melius de Christi quam de alterius victoria verificari illud *incidat in foueam quā fecit, &c. sciant gentes quoniam homines sunt*. Iuxta quod Psalmus diuiditur in duas partes in prima enim

enim gratias agimus ac triūphā
mus ob victoriam quā in Chri-
sto ab hostibus reportauimus.
in secunda dolemus & implora-
mus opem pro bello quod geri-
mus, vt illa victoria fruamur.

Tertia via quam mihi sequē-
dam elegi. Conatur Dauid ostē-
dere bona quæ orientur si ju-
stus victoriam consequatur &
mala quæ orientur si Impius vi-
ctoria potiatur primum osten-
dit in prima parte psalmi à n. 1.
vsq; ad 22. vbi clauditur secundū
Hebr. secundū à 23. vsq; ad vlti-
mū; Circa primū. tria cōmemo-
rat quæ ex victoria si ipse eā cō-
sequatur oriētur, primo gloriā
Dei

Dei. secundū, hominū vtilitatē,
tertiū & vltimū ipsius Dauidi læ-
titiā specialē plenam canticis
& psalmis. circa secundum ex
victoria, si mali eam consequan-
tur tria mala oritura esse demō-
strat. primū cōtra ipsos met ho-
stes, secundum contra Dei glo-
riam, tertiam cōtra reliquos ho-
mines futuram esse certissimè.

1. Confitebor tibi Domine in
toto corde meo, narrabo om-
nia mirabilia tua. 2. Letabor
& exultabo in te psalā nomini
tuo altissime. 3. In Conuertē-
do inimicum meum retrosum
infirmabūtur, & peribūt à facie
tua. *Ecce tria præstanda à Davide*
si

si consequatur victoriam siue aliquam in particulari, ut volunt aliqui, siue generalem ab vniuersis hostibus, ut mihi vero similis apparet, Deum scilicet laudare id enim est confiteri Domino. mundum docere, in Domino exultare. vbi nota primū descensum, maius enim bonū est Dei gloria. Deinde hominum vtilitas, ac deniq; peculiare ipsius Davidis bonum, & gaudium. & nota secūdo ascensum, prius enim dicit inconuertatur retrorsum; hazelles boluer las espaldas. Deinde infirmari, canfarie de correr huyendo. & tandem perire al cançallos y matallos.

4. Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam sedisti super tronum qui iudicas iustitiam. Dixit se Deus laudaturum
ostendit

ostendit quod eius attributum laudaturus sit scilicet iustitiam, & quoniā iustitia in duobus splendet in liberando innocentiē, & puniendo nocentē ex his duobus Dei iustitiā cōmendat, & nota iudiciū facere significare pronūcialte sentēcia en mi fauor, juxta iudicij significationē Osea. 2. Spō fabo te mihi iniustitia, & iudicio, id est, dandote por libre, y sentenciando en tu fauor contra el demonio. & psal. 71. Iudicabit pauperes Populi quod statim explicat, & saluos faciet filios pauperum. Sic denique Ioann. 12. nunc iudicium fiet mundi, id est, liberabitur. Quia princeps huius mundi eijcietur foras. Adde for

F sitam

fitum esse discrimen inter facere iudicium & causam, quasi dicat, no solo me diste sententia en fauor sino me hiziste la merecieffe, quia à Deo est nō solum premium sed premij dignitas nō solum iuste remunerat sed remunerato iustitiam largitur, quod iusto majori honori est.

5. Increpasti gentes, perijt impius, & nomē eorum delesti in æternum. Ecce secundum diuinā iustitiā effectum impios scilicet punire & nota ascensum prius enim obiurgat, id est, aspere reprehendit id enim est increpare darle gritos sic enim increpare feras arundinis es a gritos ahuyentar las fieras. secūdo vita priuare siue increpando; ea est enim

enim regum potentia vt verbo increpationis occidant, siue increpare, sit perdere & sic increpasti gentes conde nastelos primero à perdimiēto de bienes segūdo à muerte, tercero à perpetua infamia sua, y defus descendientes nomē eorum delesti dicit eorū, quia à parentibus ad filios omnemq; generationē manabit ignominia quæ omnia circumstantia æternitatis clauduntur, porq; irremisiblemente, seran castigados.

6. Inimici dē fecerunt frameæ mem & ciuitates eorum destruxisti.

7. Perijt memoria eorum cum

sonitu, & Dominus in æternū
permanet.

*Hanc ultimam malorum supplicij cir-
cunstantiam scilicet æternum esse ex-
plicat & probat. Nam cum repara-
ri possent vno ex quatuor modis, vel si
armis malorum suorum auctorem of-
fendant, vel si muris & urbibus se ab
inferente mala defendant, vel si alij
eorum memores auxilium præstent,
vel tandem si supplicij auctor intereat
nullo ex his modo se poterunt libera-
re neque æterna eorum pœna cesabit,
sive sermo sit de temporali non ante
mortem cessatura, sive de spiritali
per æternitatem duratura non enim
primo modo nam frænea, id est, vasta-
tiones,*

*tiones, vel gladij devastantes desfece-
runt, Quitareies las armas, co-
mo à moriscos, id est, vires artesq;
iã non eorum. Non secundo quia ciui-
tates eorum destructa sunt. Neq; e-
nim quo fugiant habebunt asylum, nõ
quibus se tueantur muros, neque in
quibus lateant ades. non tertio,
quia eorum memoria perijt cum soni-
tu. Nemo eorum recordatur. Quiẽ
trata de beluera su fer el cohe-
te? cuya luz con el estallido se
acabò. y quien tratarà de reme-
diar al condenado, cuyo lustre
acabò con la muerte? Nõ deniq;
quarto, quia Dñs in æternum manet,
no ay que dezir irse à este cor-
regidor vendra otro q no sepa*

de mi morirà este Rey que me trae entre ojos vendra otro ha ziendo mercedes. *Idem namq̄ Dominus qui eos punit in aeternum manet puniturus.*

8. Parauit in iudicio tronū suum ipse iudicabit orbem terrae inaequitate & populos in iustitia sua. Familiaris est in scriptura transitus dñi à re minori ad maioris cōtemplationē mēs propheta erigitur diximus disp. defensibus s^e. q. 3. soletq̄ fieri, vel in rerum prosperarū narratio re dum à quavis re prospera ad primū Christi aduentum fit transitus psalmi. 71. à Salomone ad Christum Eccech. 17. à Ioachimo, vel Zorohabele ad Christum, & Genes. 45. à Iudà ad
eun-

eundem, vel in rebus aduersis, tum ex iudicio particulari vnius gētis, vel vnius personae ad secundum Christi aduentum fit transitus, vt patet Isaia 13. Eccech. 32. Ioel. 3. & Christus ex Hierosolimorum ruina ad orbis vastati transijt. sic in presenti cum de particulari suorum hostium supplicio egerit David transit ad paratum tronum in iudicio, id est, ad iudiciū generale cum inaequitate & iustitia orbem terrae iudicabit, quasi dicat entonces si se cū plirà de veras todo lo dicho.

9. Et factus est Dominus reffugium pauperi adiutor in oportunitatibus. Iterum reddit ad primum diuinae iustitiae effectum duoq̄ dicit Dei erga pauperem, id est, miseru

munera, quæ genus omne beneficiorum comprehendunt refugium enim est, & adiutor defensa, y ayuda para la offensa.

10. Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum quoniam non dereliquisti, quærentes te Dñe.

11. Psalite Domino qui habitat in Sion annunciate inter gentes studia eius.

12. Quoniã requirens sanguinem, eorum recordatus est non est oblitus clamorem pauperum.

Ecce secundum fructum victoria si à Davide reportetur ab omnibus bonis percipiendum isque triplex assignatur primum enim in Deum sperabunt quem vident, quærentes se non deserere.

secun-

secundo Deum in templo laudabunt. tertio apud barbaras etiam gentes Dei in suis defendendis sapientiam predicabunt. id enim significat studia eius. fitque ascensus dum ostenditur quam late patebit Dei laus. primo in corde dum spes concipitur. secundo in templo dum gratia redduntur. tertio apud omnes gentes dum studia annunciantur. ubi notantur. primo illud nouerunt hic significare poterunt, esperarã enim, los que fundamente considerare quicquid cres, sic enim nosse idem est ac poterare Amos. 5. Cognoui multa scelera vestra & fortia peccata vestra, id est, perpediti ac meditati, & Ose. 6. viuemus in conspectu eius? sciemusque, ut cognoscamus Dñm.

F 5

ubi

vbi Hier. *vinemus in conspectu eius unde perfecta Dei cognitio consurget.*
 Unde quem admodum moraliter videtur fieri non posse, ut quis pulchre Dei iudicis severitatem caleat quim illum timeat, ut constat Osee. 4. vbi enim nos habemus non est scientia Dei in terra Chaldeus legit nō est qui ambulet in timore Domini sic etiam moraliter apparet impossibile Dei erga suos bonitatem perpendere, & non in eum sperare vide circa hoc edicta Epistola 1. Ioan. c. 2. circa illud qui dicit se nosse Deum & mādata eius non custodit mendax est.

Nota secundo verbum illud quæretes te proprie esse invocantes te. Innuitur vero quomodo debeamus Deum invocare, tum studio ardenti, ac quando

do aliquid quærimus tum ore invocando, tū pedibus incedendo operibusq; aliquid pro nostra parte præstando. Nota deniq; quatuor assignari Dei erga suos munera, quæ spem amplius erigunt, 1 quod habitet in Sion, 2 quod studia habet, 3 quod requirat sanguinē, 4 quod recordetur suorum. in primo ostēditur voluntatis divina amor, ut dicim⁹ in eo aliquē habitare quē amat in secundo intellect⁹ diuini sciētia nec enim sat esset amāter alicuius bonum si ignoraret modū quo illud cōfferret. in tertio potentia, inquirere enim contra eos qui eorum sanguini inhiabant idem est ac in ea causa cognoscere ut vocamus inquisitores eos qui in causis fidei cognoscunt es caso atroz, y de

Inquisicion para Dios hazerles mal à sus justos. in quarto denique memoria, id est, qua nos videt scientia illique presentes sumus, neq; eximiat esset amare, scire, & posse bonum conferendum si non recordetur suorum, vt conferat. Nihil ergo est in Deo quod nostram spem non excitet, ama nuestro bien, sabe traçarlo, puede hazerlo, y ve nuestra necesidad.

13. Misere mei Domine vide humilitatem meam de inimicis meis.

14. Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filia Sion. Videns David quam copiosus fructus

fructus in animarum salute & utilitate justorum percipiendus sit, petit, vt victoriam eam largiatur, qua tanti boni causa erit. & nota se exaltatum dicere à portis mortis, id est, à faucibus periculi imminenti à limine seu vestibulo certæ perditionis, vt annunciet Dei laudationes, id est, digna laudum mirabilia in portis, id est, in celebrioribus locis filia Sion, id est, Populi qui filia dicitur, quia charus est, & tener factus populi etenim peccatores ante liberi debet esse jam predicatores, sic enim idē David psal. 21. n. 23. salua me inquit, ex ore Leonis, & à cornibus vnicornium humilitatē meā, id est, vel agraviſſimis peccatis, vel à molestissimis hostib⁹, & narraba
fratru-

fratribus meis nomen tuum, & in me-
 dio Ecclesiæ laudabote, & psalm. 50.
 Si à peccatis liberet promittit doctu-
 rum iniquos vias Dei tanto animifer-
 uore tantoq; conatu, ut non dubitet
 quim impij ad Deum convertatur &
 ibidem libera me de sanguinibus Deus
 salutis meæ & exultabit vel exaltauit
 lingua mea justitiam tuā. Videbatur
 dictur^o misericordiā sed justitiā dicit
 quia sic ei^o partes ager in spiritualib^o
 tēporalibusq; prælijs, ut justitia ipsa læ-
 tetur de præstita erga Davidem mise-
 cordia nō secus, ac liber aliquis à sup-
 pluicio dum apud hostes fortiter pro-
 suis dimicat justitiā ipsam exhilarat
 si quidem illam exaltat apud hostes. In
 præsentem ergo se dicitur exaltatū à por-
 tis

Vider. Re-
 gum. 29.
 De David
 quomo --
 do placere
 poterit ni
 si in capiti-
 bus nos-
 tris.

tis mortis, ut annunciet fratribus, & c
 15. Exultabo in salutari tuo:
 infixæ sunt gentes in interitu
 quem fecerunt.

16. In laqueo isto quē abscondē-
 runt cōprehensus est pes eorū.

17. Cognoscetur Dominus iu-
 ditia faciēs in operibus manū
 suarum cōprehensus est pecca-
 tor. Ecce tertium & ultimum fructū
 ex prospero belli euentu percipiendum
 gaudium scilicet ipsum regis quod du-
 plici quadā circumstantia augetur, pri-
 ma quia aduersarij eisdem afficientur
 malis, quæ illi parabant, ac si quis in
 foueam eandem laqueumq; eundē inci-
 deret, quē parauerat. infixasque di-
 xit gētes quia irreparabiliter ceciderūt
 prima,

prima quia Dei causa in puniendo amplius justificatur, quasi dicat, no tendran que quexarse de Dios que no trae mas armas, que las que coge al delinquente, con la toga que escala la casa, con essa le ahorca, y con la espada cō que matò le mata.

18. *Conuertantur peccatores in infernum omnes gētes, quæ obliuiscuntur Deum.*

Quoniam non infini obliuio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finē. Fingit peccatores quærelas aduersus iudicem justosq; daturus ex inferis, id est vel ex gehenna peccatores, vel ex miseriarū baratro inimicos prodissse, aitq; reuer-

reuertantur, quasi dicat, no tienen de q̄ quexarse por lo hecho cōtra ellos, si quidem iustè factus est quod ex duobus precedentibus numeris constat. neq; est quod justos accusent, que es por demas, pues jamas se oluidara de pagar el galardon de su paciencia. Et notagentes vocari, quæ obliuiscuntur Deū, nam licet recordentur imo aspiciant in quem confixerunt, & puniantur ante faciem agni, quia nō hac cognitio in correctionē cedit obliuio vocatur, notaq; in fine num. 18. Hebrayce esse selah de quo supra, & additur alia particula, quæ dicitur significare profundā animi meditationem, quasi dicat, hispanè, ay alma, denotaturq; maximus di-

G. mus di-

*mus dicentis affectus ob Dei obliuio-
nem & animarum supplicium.*

20. Exurge Domine confitea-
tur homo iudicentur gentes in
conspectu tuo.

21. Constitue legislatorem su-
per eos sciant gentes quoniam
homines sunt. *Finem imponit pri-
mæ parti in qua duas rationes, quæ
potissima sunt breuiter perstringit, e-
xurge, nō preualeat homo, bolued Se-
ñor per vœstra honra, que va-
tomando brio contra vos, el
hombrezillo, constitue legisla-
torem, id est, acrem principem, vel do-
lorem vehementem qui legislator dici-
tur, porque luego pone en or-
dē, y cōcierto todo el hombre,*
vel

*vel vt Hieron. cum Chaldea timorem,
vel formidinem Morah, enim vnico
tantum puncto variato vtrinq; timo-
ris, & legislatoris sortitur significa-
tionem. vt sciant gentes se homines esse
miseros, & erummosos sicut psalm. 81.
num. 7. vos autem sicut homines mo-
riemini, non dixit decidetis vt flores,
euanesceis vt fumus, vt fauila ex-
tinguemini, sed vt homines, quia ho-
mo est vniuersa vanitas. Hic est etiam
Selach. vt mens ad hoc vltimum per-
pendendum excitetur. & nota opti-
mi prædicatoris esse cum multa dixe-
rit, sibi diffidendo, à Deo petere, vt ip-
se auditorum sit contionator.*

Commentarij

Psalm. X. Secundum Hebræos.

ECCĒ non alium Psalmū sed eiusdem aliam partē. Vidisti enim qui fructus ex victoria pro Dauide stante percipiuntur, attēde quædam na ex cadē in hostes inclinante orientur. eaq; ad tria capita reuocantur cedit enim impiorum victoria in ipsorū perniciem, in Dei contemptum in reliquorum hominum ingēs detrimentum.

1. Ut quid Deus recessisti lōge despicias in oportunitatibus? ut quid, id est, propter quid, propter quē fructum? Et nota Deum auxiliū suis

non

in Psalm. 10.

51

non ferre, declarari per recessum & despectum quasi parens, vel mitissimus iudex qui ut exerceatur supplicium abiit oculosq; auertit, quasi dicat, ya si se figuiera utilidad de nuestro daño, norabuena apartarais la vista al sacar la sangre de las venas, y hizierades autencia al castigar de vuestros hijos.

2. Dum superbit impius incēditur pauper comprehenditur in Consilijs quibus cogitant.

3. Quoniā laudatur peccator indesiderijs animæ suæ & iniquus benedicatur. Ecce perniciem ipsius consequentis victoriæ dum enim impius superbie gloriaq; victoriæ effervescit miser ipse flagrat, & incēditur

G 3

las

las brabatas que echa, y risadas que da, es el ruydo del incēdio con q̄ el pobre hōbre se abrafa, sicut si ipse venator suo met laqueo capiatur suis comprahēdatur consilijs a sus trampas cae, y a sus manos muere. *Et quod peius est sic suo damno tenaciter adheret, sic sua misera sorte, quam fœlicem prædicat, contentus vivit, ut neque ipse recipiscat, quin potius laudatur in desiderijs animæ suæ, id est, se beatum intus prædicat, qui voti compos evaserit, vel quia quod libido imperat rectum ducit. Neque alius ei bene suadet, potius iniquus beneditur plenus assentatoribus, que le echan mil bendiciones, y todo se lo sanctifican*
itaque

itaq; primus fructus est cōtra se quia tollit prosperitas ab impio, & conscientie stimulos, & bonorum consilia.

4. Exacerbavit Dominum peccator in multitudine iræ non quæret.

5. Non est Deus in conspectu eius inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.

6. Aufferuntur iudicia tua à facie eius. *Ecce secundum damnum quod Deum respicit, qua enim ratione 4. Regum. 10. dicitur in diebus illius cæpit Dominus tædere super Israel, & cap. 17. proiecit (Uabablus, factidivit) Dominus in illa die semen Israel, & Sapientia 12. nu. 3.*

dicitur Deus habitatores illos terræ promissionis superbos exhorruisse, sic in presenti dicitur exacerbatus enfadado. enumeratq̄ tria propter, quæ exacerbatur & perpende ascensum. primum, porque de puro soberuio, no busca a Dios, pre multitudine iræ suæ non quarit Flaminius propter superbiam quã vultu suo per se fert non quarit Deum. secundum, non solum absentem non quarit sed neq̄ presentem videt de puro ciego no lo vee, ni tiene respecto a la presencia de Dios, ex quo sequitur inquinatas esse vias illius in omni tempore Hebraycè profanatas, no vee q̄ todo lugar es Iglesia, pues en todo esta Dios. tertium, non solum

solum non quarit absentem non videt presentem; sed neq̄ sentit punientem auferuntur iudicia tua à facie eius, no repara en tus castigos, Omnium inimicorum suorum dominabitur.

7. Dixit enim in corde suo nõ mouebor à generatione in generationem, sine malo.

8. Cuius maledictione os plenum est amaritudine, & dolor sub lingua eius labor & dolor. *Ecce tertium damnum. Cum enim duo sint genera hominũ aut quos palã, vt inimicos, aut quos fictẽ, vt amicos habet, omnibus ostenditur perniciosus, nam quãtum impius victoria inflatus hostib⁹ noceat explicat illud inimicorũ suorum*

suorum dominabitur, bene Genezar. in originali esse mechaforam a ventis concitatis, ac rapidis, qui & profundissimas arbores euellunt, & altissimas turres deprimunt nulli quod eorum vi resistat parcentes; dicit enim non mouebor a generatione in generatione. Clauada tēgo la rueda de fortuna bien puedo atropellar a todos q̄ no abre menester a nadie, cōtra illius Philophi preceptum. Qui sic monebat victos tractare, ac si futuri essent aliquando victores. Itaque vel ex vnicō eius ore colligi potest, quod fons quidā est, tribus malis redundans, nam vel execratur, & maledicitur, vel decipit, vel cōtumeliosis verbis amarus facit animos; ubi tria

com-

comprehenduntur damna, quae impius potest lingua sua alteri inferre.

9. Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem.

10. Insidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum atrahit eum.

11. Oculi eius pauperem respiciunt insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

12. In laqueo suo humiliabit eum inclinabit se, & cadet cum dominatus fuerit pauperum.

Quantum eis quos vt amicos tractat perniciosus sit impius tribus comparationibus ostendit quemadmodum enim viarum grassator dum videt diuites

diuites iter agentes in eorū se insinuat societatem, a sienta cō el amistad in occultum ducit quo sic melius interficiat innocentem. secūdo, quemadmodum Leo non rugiens imo in spelunca abditus liberum relinquens iter, vt incautam capiat pradam, a si aquellos cruels ojos hundidos de pensar malos intentos, son dos Leones en sus cuevas, atalayando al pobre hombre, para hazer en el presa. tertio, veluti venator neq̄ hiscit incubat se, & quasi terræ adhaeret quo liberius in laqueum incidat passerculus sic vt in laqueo suo humiliet amicum, id est, ex plomet se humilem quietumq̄ prius effingit; pero aunque fingidamēte se humillo
 al fin

al fin despues cayra de veras, q̄ si al pobre quita las alas, a si hazze pedaços, humiliatur enim pauper ipse vero cadit cum eius fuerit dominatus.

13. Dixit enim in corde suo oblitus est Deus auertit faciem suam ne videat in finem.

14. Exurge Domine Deus exaltetur manus tua ne obliuiscaris pauperum. Cum tria enumeraverit mala ab impio victore emanantia demonstrat fundamenta quibus adhuc prestanda nititur, & ab ultimo incipiens, damni quod alijs infert causam esse dicit, errorem eius animo insitum quo negat providentiam in corde enim suo, id est, sibi suassum habet, licet ore

nōn proferat Deum oblitum esse gestarum rerum imo cōsulco faciem suā auertere, ne vnquam nomina intueatur. Quem errorem postulat euelli, que se leuante y muestre brio, operibusque ostendat non obliuisci pauperum.

15. Propter quid irritauit impius Deum! Dixit enim incorde suo non requiret.

16. Vides quoniam tu laborē ac dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas.

17. Tibi derelictus est pauper & orfano tu eris adiutor. *Reddit causam secundi damni cur scilicet Deum exacerbauit impius, quia negat iustitiam, no se à de poner*
 Dios

Dios à tomar quantas, ni escudriñar nuestras cosas, siue id dicat quia Deum dedecet humana requirere, siue quia ipsum superbum nō decet sua requiri, Quod tamē verū est quia non requiret quod videt, & quod videtur non queritur, non solum autē videt peccata, sed considerat, perpēdit, ac ponderat circumstantiam laborem scilicet, & dolorem, vel quem tibi inferūt vel quem tuis, & sic tuis illos manibus committes, plaudes enim manu ad manum, & conteres peccatores terra. Pnes dixeron, no tenias manos para castigar, mueran á tus manos, y dales tales manos, q̄ se acuerden, vel, delinquieron cōtra su mano y castigos, diuinā scilicet

scilicet negantes justitiam: pnes en-
trieguolos la justicia diuina ala
parte offendida, q̄ es sus manos
y castigos. Et perpende Deum om-
nia esse, quæ impio molestiam possint
inferre, luez, que entriega el de-
linquente, vt traddas, verdugo, q̄
executa el castigo, in manus tuas,
 Parte offendida, que pone la de
 manda, *quia scilicet negabatur jus-*
ticia, abogado de guerfanos, y
procurador de pobres, illi enim
derelictus est pauper & orfano est ad-
jutor. Vel. si supplicium differis est
quia non vis manibus nostris impios
committere nunc, sed postea tuis, aca-
perdonando la parte, facilmen-
te alça mano la justicia, sed, & si
pauper.

pauper inimicis pareat, iudex traddit
illos in manus suas, imo, porque al-
ça mano el justo de la vengan-
ça, toma Dios la mano en este
negocio.

18. *Contere brachium pecca-*
toris & maligni: quæretur pec-
catum illius & non inuenietur.
Tertium damnum primò loco positum
fuerat quod ipse sibi complacebat se q̄
laudabat, alij benedicebant, & adula-
bantur: vnde & a se, & ab alijs illius
peccatum occultabatur, huius suppli-
tium sit, quod cum quæstionē habeas
de perditis eius moribus, nusquam im-
pius appareat, de puro corrido, no-
ose parecer en el tribunal de
Dios, vt q̄ peccati fugiat inquisitionē

montibus dicat, ut cadant super eum.
 Vel secundo, quæretur peccatum illius
 procedera cōtra el la Sancta In-
 quisicion de la Iusticia diuina,
 & nō inuenietur, quia ad inferos amā
 dabitur. Vel tertio sicut cum in prof-
 pera fortuna erat, nullus de illius pec-
 catis, ac sceleribus neq; verbū agebat
 sic robore prosperitatis contrito, illius
 peccatū quæretur, & non inuenietur,
 quia scilicet, no lo dexarà caer en
 el suelo, a penas lo aura hecho
 quando lo cojan al buelo, vel de-
 niq; licet diuina misericordia peccata,
 qua deleat vbiq; quærat, hoc nō inue-
 niet, quia irremisibile, ut si diceret, qua-
 ret Christus peccatores à quibus cul-
 pas auferat, & latronem inuenit in
 cruce,

cruce, quæret quibus pœnas remit-
 tat, & purgatorium inueniet, quæ-
 ret quibus largiatur gloriam, & in-
 ueniet in lyngo, sed quæret peccata
 illius, non tamen inueniet, quia apud
 inferos commoratur, quo diuina mi-
 sericordia parcens non penetrat.

19. Dominus regnabit in æter-
 num, & in sæculum sæculi: peri-
 bitis gentes de terra illius.

20. Desiderium pauperū exau-
 diuit Dominus præparationem
 cordis eorum audiuit auris tua.

21. Iudicare pupilo, & humili,
 ut non apponat se homo mag-
 nificare super terram.

Certus David, ut in alijs solet Psal-
 mis de Dei misericordia suas jama

preces exauditas habet, cumq; in duas partes psalmum distribuerit, & in prima, pro se misericordiam, in secunda, contra hostes diuinam iusticiam implorauerit utramq; complectitur. gētes enim dicit perituras, id est, Hebræos profanos, & impios de terra, id est, populo Dei. Desiderium pauperum dicit exauditum non solum autem desiderium, & orationem sed præparationē cordis siue præparatio sit ipsa perfectio & rectitudo iusti, ut Euthim. siue præparatio ad orationem, gusta Dios tanto desta musica, q̄ oye con atención el templar de la guitarra, è imponerse de los cantores. Ergo Deum iudicaturum dicit, id est, pro pupilo, & humili laturum sententiam, ut

non

nō apparet se homo magnificare super terram, id est, ut Euthim. ut omnis homo opræforum cernens vindictam alieno periculo prudēs audaciam deponat ac temeritatem. vel, ne ipse impius pergat adhuc in sua superbia. & nota eādem vocem Araths significare se conterere, & se magnificare. quia qui se exaltat se humiliat, y el subirse es despenarse.

PSALM. X.

Artificium.

Respondet Dauid in hoc Psal. suadentibus amicis ut belli pericula fugiat manus inimicorum euadat, ni-

H 3

hilq;

hilq; sibi in Deo spem suam col-
locanti ab hostibus timendum
esse demonstrat. Diuiditur in
duas partes in 1. à. n. 1. vsq; al 5.
duas timoris causas perstringit
cur fugam amici suadeant, in 2.
a. 5. vsq; ad vltimum mirabili
quadam correspondentia eisdẽ
alias opponit, & cur sibi non sit
timendum ostendit.

1. In Domino cõfido quomo-
dicitis animæ meæ tranlinigra
in mōtem sunt paser. *Ecce quod
ab amicis suadebatur, vt in montem
sicut paser transmigraret, id est, tũ ce-
lerrimè, tum nullum relinquens ves-
tigiũ, sic hostem eluderet, vt avis solet
aucupem, neque regi in monte deerit
qui*

*qui pascuis ibidem non deerit. in
montem dicit, id est, in abditissimas
latebras quas aucupum solertia non
exploret.*

2. Quoniam ecce peccatores
intenderunt arcũ parauerũt sa-
gittas suas in pharetra, vt saggi-
tent in obscuro rectos corde.

*Duæ enumerãtur rationes ab amicis
propositæ cur, se fugæ committe-
re teneatur, prima quia hostes poten-
tes sunt armis, non alias nisi sagit-
tas commemorat, & arcum, vt intel-
ligat multo plus valere gladijs, & has-
tis ad percutiendum quominus, qui
sic valet ad feriendum eminus. se-
cundò non solum armis valent sed eo-
rum tractandi peritia, consilioq; belli,*

id enim est parare sagittas intendere arcū & in obscuro sagittare, id est, latēter & insidiosē, ut mos est accipis.

3. Quoniam quæ perfecisti destruxerunt: iustus autē quid fecit? Duo dicta probantur, ipse enim David belli vincitur astutijs, siquidē, quæ ille perficit illi destruant, le cōtraminan sus ardides, & armorū potentia superatur, quid enim fecit iustus David? id est, quod damnum intulit hostibus? nisi velis cum cōmuni dicere, innocens certē hac patitur.

4. Dominus in templo sancto suo, Dñs in cœlo sedes eius. Ecce secundam partem, in qua respondet amicis suadentibus fugam immontem excelsum, aitq̄, satis abditum tutumq̄ montem

montem Deum esse qui in cœlo habitat ad quem ipse David confugit.

5. Oculi eius in pauperem respiciunt palpebræ eius interrogant filios hominum.

6. Dominus interrogat iustū, & impium, qui autē diligit iniquitatem odit animam suam.

Ecce rationibus allatis profuga rationes opponit pro fiducia in Deo collocanda. dicebant aduersarios esse potentes consilio & astutia, at Deus qui pro me est, sapientia præstat, ut me tueatur, id enim est Dei oculos respicere in pauperem, quod si intuetur certē tueatur, & non solum meam videt afflictionem sed hostiū, quātumvis in obscuro positas, explorat insidias. id enim est eius palpebras

pebras interrogare, id est, diligenter attendere atq; discutere superborum cōsilia. vel fortasse melius; cū dixerit Dauid Deū in pauperem respicere, id est, illius gerere sollicitam prouidentiam, & hanc aduersariorum insidijs opposuerit, posset aliquis opponere, etiā hostiū cunctorumq; hominum eam gerit; unde non est cur ex eius prouidentia te putes potius tutum, quam illos. Tacite respondet, Deum palpebris, id est, nullo verborum strepitu, sed corda pulsando, vt qui oculorum ictibus loquuntur, omnes homines interrogare quē uelint, vt se erga illos met praebeat? an vt amicus eis consulendo? an vt hostis in eos consulendo? Qui uero diligit iniquitatē, tacite respondet se malle

Deum

Deum aduersarium. atque adeo dum Deus interrogat iustum, & impium, qui diligit iniquitatem odit animam suam, & per consequens qui diligit bonitatem, amat animam suam.

7. Pluet super peccatores laqueos ignis, & sulfur spiritus procellarum pars calicis eorū. Dictis de aduersariorum potentia nūc respondet, etenim si illi arcu sagittisq; praestāt, quas euadere posset ipse in montē fugiens; Deus, in quo confidit, laqueorum pluuiam habet, pluuiam inquam caelitus delapsam, sed est terra vaporibus concretam, sic supplicium à Deo immissum, sed à peccatorum sceleribus promeritum, pluuiam inquam, quia neque ima uallis, mons uè editus,

princeps

princeps ve, aut populus Dei effugiet
 supplitium. neq̄, solum laqueos quibus
 capiant calitus immitet, sed ignem &
 sulfur quo, instar Gomorræ & Sodo-
 mæ, moriantur, id est, effugere nullus
 poterit eius vindictã scilicet laqueo con-
 strictus fugere non valet incendiũ cui
 supplitio est addictus. Vocat has pœnas
 partem calicis, id est, quod eis con-
 tigit ex eo vino iræ Dei, quod inclinat
 ex hoc in hoc, & bibunt omnes pecca-
 tores terræ, cuiusq̄, fex nunquam est
 exinanita in aternũ duratura. Siuè
 ignis, & sulfur pars est supplitij, hoc
 enim solum dennotat pœnam sensus,
 alia verò pars & potissima, de qua nõ
 verbũ facit David, quia de ea non mul-
 tum curant impij. est pœna damni.

8. Quo-

8. Quoniam iustus Dominus
 iustitias dilexit æquitatẽ videt
 vultus eius. Unico verbo rem totam
 concludit dum enim ille iustitiam co-
 lat certus est de diuina erga eum pro-
 uidentia qui cum iustus sit iustitias
 diligit, id est, iustos iustissimos, æqui-
 tatemq̄, videt, id est, amat, y a de bol-
 uer por la razon. Hebraicè est vul-
 tum eorum ibique trinitatis indicari
 mysterium vide apud Genebrardum.

PSALM. XI.

Artificium.

EDITVS est hic Psalm.
 in eos qui regnante Sau-
 le primas in regno tene-
 bant

bant homines scilicet fraude
versutij sꝫ; imbutos de quorum
improbitate in Ps. 5. & 58. cōquæ
ritur qui forte Davidi promisse
rant suã operã, vt in Saulis gra
tiam redderet, qui promissa vio
lantes occasione huic Psal. præ
buerūt. qui diuiditur in quatuor
partes in 1. à n. 1. & 2. hominum
suæ ætatis vulpinos mores cō
memorat. in 2. à n. 3. & 4. Dei ius
titiam cōtra eos implorat. in 3.
n. 6. 7. & 8. inducit Deum ipsius
Davidis miserentē, & erga eū se
fidelē præstantē, cui hōies sunt
infideles. in 4. perpendēs David
falax hōiū auxiliū, & fidele Dei,
illud spernēs, huic se cōmittit.

1. Sal-

1. Saluū me fac Deus quoniam
defecit sanctus, quoniã diminu
tæ sunt veritates à filijs hominū.

2. Vana loqui sunt vnusquis
que ad proximum suum, labia
dolosa in corde, & corde loquu
ti sunt. *Ecce primã partē, in qua as
censu facto sui temporis miseriam de
plorat. Saluum me fac Deus, non
est solum orantis vox, sed etiã quod se
quitur detestãtis Hispanè, Dios me
libre, q̄ no ay hōbre q̄ haga bié?
primò, deffecit sanct⁹, id est, ego qui
sanctus tuus sum deffecì. desinayo,
vel, quod mihi melius videtur cū Vata
blo, quoniam deest beneficis maxima
enim sanctitas est beneficentia, Quo
niam deminutæ sunt veritates,*
id est,

id est, paucissimi sicut qui veritatē lo-
 quantur, vel ipsæ veritates diminutæ
 sunt, id est, non plenè, & integrè res ve-
 sunt docentur, con mil mellas di-
 ziendo parte, y callando parte
 como fierras, solent enim aliquan-
 do non minus diminutæ ac dimidiatæ
 veritates quam mendacia integra no-
 cere à filijs hominum, id est, ab ho-
 noratis & proceribus, quos falacia
 ista magis dedecent. Et quoniam mē-
 daciōrū duo sunt genera, primū quā-
 do aliquid promittitur, quod vel pro-
 missum nō adimpletur vel promittitur
 absq̄ adimplendi animo. secundum cū
 aliquid asseritur, quod aliter se habet;
 vtrumq̄ genus mendarij attingitur.
 secundum significant verba illa vana
 loqui

loqui sunt vnusquisq̄ ad proximum
 suū. vnos à otros se mientē, iusta
 enim Dei ordinatione fit, vt ei detraha-
 tur, qui alteri detrahit. vnde Satiric⁹.

Cædimus inq̄; vicē præbemus
 crura flagellis. Dōde las dan las
 toman. primū mendatij genus, labia
 dolosa in corde, & corde loqui
 sunt, id est, in duplici corde, coraçō
 doblado, aliud .n. aparet ore, aliud
 clauditur intus, vt dicimus, hōbre d̄
 dos caras, & nota cū Echum. hōies
 ipsos vocari labia, vel vt dicim⁹, fulano
 es mala lēgua. l. quia, todos ellos
 son lēguas pa engañar, y prome-
 ter, q̄ ni tienē pies pa dar vn pa-
 so, ni manos pa darla al caído,
 ni ojos d̄ cōpasiō, sed oēs labia sūt.

4. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.

5. Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est? *Ecce secundam partem, in qua aduersus mendaces supplicium petit. lingua dicitur magniloqua id est, superba & arrogans quod. Hispanice dicimus Fanfarrón, ut Sophonia 3. n. 11. Magniloquos superbiae tuae, id est, qui te excelsam faciebant linguis suis magniloquis, et Daniel 7. num. 8. dicitur illa bestia os habere loquens ingentia, id est, superbum ac magniloquum. Redditq; rationem cur hoc supplicium ab eorum linguis debeat sumi? tum quia*

quia instrumentum fuerunt deceptionis, dicebant enim polliceamur montes aureos, extollamus promissa, porque que nos quæsta? ay mas q̄ abrir la boca? quié nos lo á de demãdar? vel quia linguis suis cõfidetes omnia sibi pollicebantur, sic enim linguam magnificare, erit quod dicimus, honrar la espada, id est, hazer có ella hazañas sic dicent, con nuestras lenguas alcançaremos quanto quisieremos. nuestras lenguas estan por nosotros à nobis, id est, p̄ nobis sic enim Aquila nobis adsūt, quis noster Dominus est? Quié pondra freno a nuestra libre lengua? ut horum ergo, & blasfemias & fraudes in Deum & homines, linguis

Commentarij

commissas disperdat exostulat.

6. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam dicit Dominus.

7. Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.

8. Eloquia Domini eloquia casta argentum igne examinatum probatum terræ purgatum septuplum. *Ecce tertiam partē, in qua Deus fingitur statuere inopes fideliter tueri, quibus homines fidē frangūt. Ponere enim aliquē in salutari. es pone illo en saluo. & fiducialiter agere, est non solū familiariter, vt cōmuniter declaratur, sed yo le tratarre cōtrato fiel de modo q̄ se puede fiar de mi, id est, promissis stabo. Etenim si ho-*
minum

minū verba, & vana sunt, id est, mēdacia & dolosa, quia infidelia, Dei verba sunt casta, id est, no hazen trayciō puras, y senzillas, sicut. n. cū turpis dū voluptatē consequatur, fidē, & Deo & cōiugi violare nō veretur, sic falax si uē falendi studio, si uē ob aliam cōmoditatem fallere nō erubescit, quē sensum sequutus est Cruti⁹ interpers Lyricus. P. Crutius
Promissa ducit sēper in exitū, sincera, &c.

Ad hanc etiā fidelitatē pertinet similitudo argēti, igne examinati, purgati, in luteo fornace, nō semel sed septies, verba. n. diuina in promissis non deficiēt, fallaciæ enim mixtione carent. vel quia quātumuis in ignē immittantur nihil ex eis deerit, la palabra que Dios da nūca por misera fortuna del

hombre le falta nada, porque no lleua escoria de humano interese; ideo enim homini misero in igne tribulationis posito fides data deest quia aliquod ab eo expectabat promittens.

9. Tu Domine seruabis nos, & custodies à generatione hac in æternum. 10. Impij incircuitu ambulant secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Ecce vltimam partem, in qua Dauid infidelia hominum, & Dei fidelia promissa perpendens diuinæ se protectioni committit. Generationem hanc vocat, de esta era, y modo degente, que aora se vfa qua protectione fretus hominum non
timet

timet insidias, quauis enim impij vndique nos cingant alij persequendo armis, alij fallendo promissis omni ex parte circumdati ab amicis inimicisq; teneamur quauis etiam tu filios hominum, id est, impios, vt Genes. 6. multiplicaueris, id est, prosperaueris epulis, vt habetur in Hebræo, & voluptariibus pululaveris secundum altitudinem tuam, id est, tuorum consiliorum profunditatem vt Apocalyp. 2. altitudo Sathanæ, id est, profunditas consiliorum, quauis ergo illi nos circumdent, imo quantumuis tu ipse illis faueas, me a te desserendum non timeo, si me tua fidei commissero.

Videntes filij Dei filias hominum.

Artificium.

SI VE in bello téporali cū Saule, siuè in spiritali cū hostib⁹ invisibilib⁹, quod mihi verius videtur ob numerū quartum, edditus est Psal. à Davide pro cōsequēda ab hostib⁹ victoria, cōtinet tres partes, in 1. quærellas iactat de præcipuis tribus malis. 1. quod à Deo. 2. à se 3. ab hostibus patitur, quæritur enim de Dei neglectu, & obliuione, de interiori crutiatu, de hostiū gloriatione. In 2. parte in horū remedium, tria item à Deo petit. primū, vt respiciat, & exau-

& exaudiat, secundū, vt interiores tenebras discutiat, & tertio, aduersariorum gloriationē deprimat. in tertia, id maxime diuino honori expedire tribus itē rationibus demonstrat.

1. Vsq; quo obliuisceris me in finem: vsq; quo auertis faciem tuam à me. *Ecce primā partē Psal. & primū de quo conqueritur, quasi dicat, nō solum mei obliuisceris, vt beneficias, sed cū me ante oculos tuos statuo, vt videas, consulto faciem auertis, como de no amico te oluidas, y como de enemigo a partas la vista.*

2. Quandiu ponam consilia in anima mea doloré, in corde

meo per diem. *Secundò de se ipso conqueritur qui duplici rerum genere intus cruciatur singulis diebus consilijs ac dolore, quid enim gravius accipiti mente! & quod consilium capiat dubitante. alij legunt, ordinabo scripturas quotidie. Cada dia salgo con su acuerdo Simachus, Solitudinem in méte mea per diem. Quid etiam gravius quam post longam consultationem dolorem invenire? despues de muchas consultas dar en lo peor, vt Ecclesiastici 27. n. 5. Sicut in percussura cribri remanet puluis, Septuaginta stercora, sic aporia hominis incogitatu illius. Despues de mucho cernir se q̄da el cedaço con*

con las grãças, y despues de mil traças, suele quedar se el hõbre con el defecho.

3. *Vsq; quo exaltabitur inimicus meus super me? Tertiò de hostiũ gloriacione conqueritur; illud, super me, tria potest significare, vel plusquam ego vt psalm. 118. lex dicitur super aurum, & topazion concupita, vel, deme, id est, triunfarà de mi. vt Psal. 20. super salutare tuũ exultabo. & ad Rom. 15. Charitas non gaudet super iniquitate. vel. pro contra me, vt dicitur visio Isaia super Iudã, & Ps. 82. super populum tuũ malignaverunt consilium, id est, contra populum tuum. Inimicus dicitur, id est, inimicorum princeps sic enim*

Commentarij

enim alij legunt, Patronus inimicitiae meae. vel ut Hispanè, el enemigo, id est, todo el exercito contrario.

Respice, & exaudi me Dñe Deus meus. *Ecce secundam partem psalmi, in qua malorū expostulat medicinam, & in primis contra primū, ut benè Aug. notavit, Respice, refertur ad dictum vsq̄, quo avertis faciem? & exisudi me ad id, vsque quo obliuisceris met?*

4. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. *contra interiores tenebras Dei lumen implorat, tum ut animus liberetur dolore, ut orta luce recreatur infirmus. tum ut consiliorum variorum tenebrae*
reppel-

in Psalm. 12.

71

rePELLantur, ut orta luce explorantur omnia. Lumini nostrae mētis illustratio à Pater luminum descendens comparatur, siue conferentem Deum, siue modum conferendi consideres. primū enim luminis larga effusio nihil de solis claritate minuit, in luce cōmunicanda non sol sicut alia agentia in agēdo repatitur, nunquam à se, sed ratione inferiorum, luminis cessabit cōmunicatio. Præterea gratis omnino, nullis, ut ad plubiā, terræ precedentibus meritis impertitur. si obstaculum inueniat lucis radius reflectitur, & proximius corpus ardentius inflammat. non solus est radius solis, sed caloris vehiculum, sic enim illuminat, ut cale-

Commentarij

ut calefaciat. cumq; saepe multa illuminentur quim calefiant, quia calori resistunt; nihil tamē calefit, quim illuminetur. haec omnia perpēde, & illustrationi diuina accōmoda. Quia vero lucis effectus est á somno excitare, vel somnum impedire, ideo David petit illuminari ne obdormiat in morte, sed quid est obdormire in morte? an mori absq; Dei recordatione? mori sin candela el entendimiento, y luz de lo que conuiene entonces. an secundó, dormire in morte est, mori in morte? sunt enim qui in morte viuunt, & felicem tunc inchoantur vitā moriuntur enim in Domino, qui vita est, & sunt qui in morte aeterno somno incipiunt consopiri.

Cum

in Psalm. 12.

72

Cum Chaldaeus ne peccem & dormiam cum his qui moriuntur mortem. An tertio, ne magno dolore percussus moriar, & cani mei cū merore, id est, praemerore deducantur ad inferos. An deniq; quod plus aridet. Mentis peto lumen ad hostium explorandas insidias ne imparatus occidar, ne mors mihi ab hostibus imminens me dormientem securumq; capiat Ne quādo dicat inimicus meus praevalui aduersus eum. Tertio, hostium petit vires frangat, ne vnquam gloriari de victoria possint. Si de bello spiritali intelligas, fauet Chaldaeus. Non dicat fomes prauus dominatus sum ei, quando vero dicturus sit Hieron. dicit in futuro iudicio.

Genes.

5. Qui

5. Qui tribulant me exultabūt si motus fuero : ego autem in misericordia tua speravi.

6. Exultavit cor meum in salutari tuo : cantabo Dominō qui bona tribuit mihi, & psalam nomini Domini altissimi. *Ecce tertiam partem, in qua ex triplici capite Deo representat David, diuino honori expedire quod petit, primo ratione iustitiae ne iniusti exultent, si David motus, id est, de dignitatis statu deiectus fuerit tantilūq; fuerit colapsus, vel ut bene Euthim. Si fluctuauero ab illa quam in te habeo securitate lætabuntur sperantes me iā impræceps delatum iri, ut qui nullam basim, ac fundamentum*
 heām

heām salutis, Como yo fuere desconfiando en Dios, iran mis enemigos confiando en si. *secundo ratione misericordiae, ne iusti spes in illa collocata in irritum cadat. tertio ratione religionis, ac honoris qui sic augebatur, dum grati animi ardorem ostendens David, canticos edet iucundissime. Tria dicit se facturū, exultare, cantare, & psalere. Hieronym. de interiori letitia, de prædicatione oris, de operibusq; bonis, exponit. Excellentissimumque psalmum opera ipsa bona intelligit, eodem fere modo Euthim. cantabo (inquit) ore, psalam psalterio, vel oblectabo te cōreplationis studio, & vitæ meæ actionibus.*

Artificium.

EDIT VR hic Psalmus cōtra Dei cōtemptores iustorum opræsores. diuiditur in tres partes. in prima cōqueritur de corruptis sui temporis moribus, vniuersaq; mala ad tria capita reuocat, ad mentis errores, ad prauos cordis affectus, operaq; iniqua. In secūda, fingitur Deus hæc omnia de cœlo respicere, & tantis malis medelam meditari. in tertia, ne existimetur hæc, aīo vindictæ dicta fuisse à Dauide, amorē, ac desiderium eis benefaciēdi ostēdit.

Dixit

1. Dixit insipiens in corde suo non est Deus.

2. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis non est qui faciat bonū non est vsq; ad vnum. *Ecce tria mala. primum pertinet ad mentis errores, insipientem vocat in singulari, quasi dicat, quisquis mente caret. dicit in corde quia nō audet ore proferre, non esse Deum, providentiā, scilicet, eius erga hæc inferiora, & nota his verbis indicari totius malitiæ radicem, & fructum, initium, & incrementū, primo enim radix omnium malorum est obliuio, dicunt non esse Deum, & perpende malitiæ excessum quidam enim docent Deum videre, sed obliuisci scelera,*

ut Ecclesiast. 27. Quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes operiunt me, nemo circumspicit me, quem vereor? delictorum meorum meorum nō memorabitur altissimus. *quasi dicat, ex creaturis nulla videt, solus inuenitur creator, qui labili est memoria. Alij processerūt ultra, non solum nō memoratur, sed neq; videt, Ezechiel. 8. n. 12. illi seniores reptilibus adolentes thura incubili, suo vnusquisq; dicebat non videt Dominus nos, de reliquit terram, sed hi in extremum deuenerūt amentia, non enim memoriam, & presentiam, sed ipsam Dei negant existentiam. Insipientes dicuntur nō mendaces, nō illudentes sed illusos,*

non

non decipientes sed deceptos, es escusa de su maldad, echarlo a que estan locos, es exageraciō de su delicto, que no se puede præsumir tiens sefo, quieu tal dize. ut circa. 13. Ezechiel. benè notauit Prado, Væ prophetis insipientibus, & Osee, 9. Scito te prophetā stultum, & Hier. 23. In prophetis Samariæ vidi fatuitatem.

Deo animæ sponso orbati corrupti sunt in studijs, ponentes aficiones en otro, que en Dios, cū enim Deum esse regent, declinant ad creaturas, à quibus corrumpuntur. corrumpere autē in scriptura sicut apud Latinos est adulterare, Martial. lib. 12. c. pis. 64. corrūpit sine talione celsus, & c.

K 3

Et

Et corruptam pro Viciata virgine cō-
munissimum est ergo corrupti sunt in
studijs suis, como leven sin Dios,
a quien niega, ab vnaquaq; creatu-
ra violatur. Mētes docentur corrup-
tæ. 1. ad Thim. 6. cum debita veritate
privantur, quæ mentis est proportio-
natum obiectum? Sensus dicitur cor-
ruptus. 2. ad Corinth. II. n. 4. cum de-
ceptus ad falsa à vero declinat. Cogi-
tates manè dicuntur corruptæ Sopho. 3
cum non circa illud exercentur, quod
manè debet cogitari. Ergo homo in stu-
dijs corruptus est cuius studia decli-
nant à Deo in quem deberent dirigi sic
enim infra. n. 4. cum idem sensus vi-
detur repeti dicitur omnes declinaue-
runt simul, &c.

Præterea

Præterea quæ admodum corruptiū
corpus abominabile est corrupti docen-
tur, & abominabiles, id est, detes-
tabiles, & postquam sunt corrupti stu-
dijs, à creaturis, abominabiles docentur
Osea. 9. Initiati sunt in Belthphégor,
ab alienati sunt in confusione
facti sunt abominabiles sicut ea
quæ dilexerunt. At quibus sunt
abominabiles? Cum nullum dicat om-
nem designat, primum Deo ipsi, si enim
Deut. 22. n. 5. dicitur, commutatio
vestium abominabilis esse apud
Deum quanto erit abominabi-
lior Deo commutatio studiōrū
rationaliū in bruta. Si Prouer-
biorum. 11. n. 20. abominabile est Deo
cor prauum, id est, non rectum sed

K 4 sinuo-

sinuosum erit sanè abominabiles, qui
 studijs à Deo increaturas declinat vi-
 de. Psal. 105. Abominatus est Domi-
 nus hereditatem suā. secundo, est alijs
 omnibus abominabilis, ut supra dicto
 Psalmo infecta dicitur terra in sangui-
 nibus, & cōtaminata in operationibus
 eorum. vide Isai. 14. de Nabucodono-
 for, n. 19. Eris quasi cadaver putridū
 non habens consortium. deniq; sibi ipsi
 est abominabilis. vide id Nahum. 3.
 Reuelabo pudenda tua in facie
 tua, forte huc expectat David, pu-
 truerūt, & corruptæ sunt cicatri-
 ces à facie insipientiæ meæ, ò Se-
 ñor, y como me hieden mis cul-
 pas, ut cum alibi dicitur factus si-
 bi met ipsi grauis. Tā male olent,

v#

ut Ezech. 8. Applicent ramos ad
 nares, ut fetorem auferant eorum
 peccatorum, qua in eodem. c. abomi-
 nationes docentur?

Deniq; quia non solum moleste sed
 nociva sunt res corruptæ, ideo, addi-
 tur non est qui faciat bonū. Pro
 quo nota, esse in scriptura, sicut apud
 Latinos, figurā litotote, seu litototes,
 id est diminutio, seu tenuitas, cum res
 magna verbis humilibus, & parū signi-
 ficantibus exponūtur qua Homerum.
 Maronēq; v# posse Celius docet lib. 2.
 noctium Attic. cap. 6. sic enim Geor-
 gic. 3. Busiris dicitur illaudatus, id
 est, extrema malitia, qualis erat hos-
 pites immolare, &. A Eneyd. vnda
 dicitur inarrabilis, id est, odiosissima.

K 5

Ee

¶ II. Palans dicitur non virtutis egens, id est, maxima virtutis. In scriptura est communissima. 1. Reg. 12. Nolite declinare post vana, quæ nõ proderunt vobis, id est, nocebunt plurimum. & 1. Mach. 2. nõ est vobis utile relinquere legem, id est, est valde obnoxium. & Mich. 2. Væ qui cogitatis inutile, id est, maxime nocivum sic enim Chaldaeus de cogitantibus ad rapinam. ergo non facere bonum est per figuram libertate maximum facere malum. parum enim esset postquã abominabiles dicti sunt eos solum inutilitatis nota inurere nisi sub eo nomine maxima pernicie significaretur, vt Job. 15. n. 16. Quanto magis abominabilis, & inutilis homo, &c.

Sed

Sed cui nam rei malum inferunt peccatores? cum nullã dicat designat omnem. quid enim est peccati labe non infectum? quid peccati abominatione nõ desolatur? primum ipsi Deo nostro intelligendi modo, multa, si Deus capax esset, mala inferret. Divina sapientia in hæc inferiora gubernando, quasi exhausta peccatorum multitudine fingitur. Osee. 11. Quomodo dabo te Ephraim? Protegam te Israel? Quomodo dabo te? Sicut Adaba ponam te, & vt Seboim? cõuersum est in me cor meũ: mil buelcos me da el coraçon? pen fatiuo, reboluiendo enel, como me tengo de auer contigo. Divina paciẽtia quasi exinanita ostendit

Jerem.

Jeremias. 3. Ve tibi Hierusalem non mundaberis post me vsq; quo adhuc?
 Que paciencia ay, ya que basta
 Divina natura voces, & pro hominibus interpellationem cessare faciunt peccata *Genes. 6. Non permanebit*
Hebraicè, Non litigabit spiritus meus in æternum, quia caro est,
 No tiene ya que vozear mas la misericordia en este pleyto concluso, delicias quibus in hominum cõsortio gaudet, ablata insignuatur, cū. *4. Reg. 10. dicitur cadere super Israel*
 & c. 7. proycere, id est, fastidire omne semen Israel. Divina illa mentis quies animiq; serenitas atq; felicitas quasi obnubilata fingitur, *Isaia, 57. Nunquid in æternum litigabo? aut in sem-*

piternum irascar? Spiritus á facie mea egredietur, & flatus ego faciam, Siempro pleytos? rectollemos va poco. Si ad creaturas descendas coelos tanquam librum extentos peccator complicat, *Isaia. 34. luce priuat Jeremias. 4. Qui aspexit coelos, & non erat lux in eis, Solem in ortu suo obtenebrat, & Lunam facit non splendescere in lumine suo* *Isaia. 13. aerem fetore replet. Sanguines illius Draconis Jeremias. 51. Volatile cœli ob peccatum recedit Jerem. 4. mare desertum fit, & flumina ponuntur in siccum* *Isai. 50. & á facie Domini pisces maris commovere facit peccatum. Ezechiel. 38. Terram*

Terram vacuum reddit, ac nihil aspiciēte Ierem. c. 4. Bestias agri infirmat, & videntis praesens lugere facit. Ose. 4. Deniq; cui mai⁹ malū infert miser est peccator qui Hester. 14. & alibi dicitur nihil. ut non sit opus ostendere quomodo potentias, sensus, animumq; corrumpat. ergo non est qui faciat bonum, id est, Non est qui non faciat malum, neq; est cui malum non fiat.

3. Dominus cælo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligēs, ac requirēs Deū.

4. Omnes declinauerūt simul inutiles facti sunt, nō est qui faciat bonum non est vsq; ad vnū. Ecce 2. partē psalmi, vbi nota prima de cælo dici Deum prospicere, siue ut
Supra

supra dicta peccatorum corruptio indicetur Deus eminens hac intueri fingatur. siue, ut vniuersum terrarū orbem illustrare ostēdatur, qui enim eminentiorem tenet locū plura collustrat sic Ezech. c. 8. Intra terram, & cælū fingitur colocatus ad omnia, quae in templo erant exploranda. Nota secūdo, maiorem malitiam Deum in terra inuenisse quā ipse quæreretur, & ut rudi minerua dicamus eò humana malitia processit, quo diuina iustitia: inuestigans non peruenit quærit an sit intelligens requirensq; Deum? & inueniet dicentes non esse Deum, non quærit Deus, si est negans Deum, quis talia putaret? sed si est requirens, ac intelligens? quod in hominum cadere posset
Stul.

stultitiam, & imbecilitatem. Nota de-
nique caldacie esse si est intelligens
quarensque eruditionem à conspectu
Dei. Refertq; Episcopus Vienenfis in
quin cuplici psalterio quasi inde reli-
qua mala oriuntur quod non sit, qui à
Deo discat bonitatem.

5. Sepulchrum patēs est guttur
eorū, linguis suis dolose agebāt
venenū aspidū sub labijs eorū.

6. Quorum os maledictione,
& amaritudine plenum est. Hi
versus à plerisq; libris absunt, habentur
tamen apud Justinum, psalterium
Romanum, utrumq; Arabicum, Syrū,
& Aegyptiacum. & incom. Graecis
additi sunt margini cum hoc scolio
nullibi in psalmis apposita sunt, unde
autem

autem Apostolus ad Rom. 3. ea sum-
serit quarendum, in alio scolio resse-
ruatur ex Diod. Theod. Cyril. Didi-
mo. sed aditur in exaplo non esse in-
venta. Cyprianus libr. de zelo, & ti-
more ea citat ex Paulo. Aliqui ju-
dicant Apostolum. ex varijs Psalmis
hac verba aduersum judaeos collegis-
se. Vide Genebrard. alij hos ver-
sus fuisse à Davide hic editos; sed in
antiquis, vt alia, deffuisse originalibus
dicit quod malueris. His sanè ver-
siculis suppleri videtur, quod in enu-
meratione peccatorum omisum fuisse
videbatur à Davide, nam cum de
montis erroribus, de prauis voluntatis
affectibus nocibisque operibus dixis-
set, videbatur omisisse aliud peccatorū

I genus

genus quod Deus valde detestatur eorū
scilicet, quæ ore cōmittuntur, vt obiter
indicaretur, multa homines peccata exa-
minantes obliuisci, quæ tamen Deus
intuetur. Neq; Dauidem odiosum esse
sui temporis accusatorem, cum hoc pec-
cati genus non recensuerit.

Perpende autem quā breuiter vni-
uersa peccata, ore commissa cōplectan-
tur guttur, comparatur sepulchro pa-
tenti obgula voracitatem, vt explicat
Aug. sic enim inter illas insatiabiles
sanguisugas, quæ nunquam dicunt
sufficit, infernus, id est, se pulchrum nu-
meratur. Lingua dicitur dolise age-
re ob adulationem, vt idem Aug. dicēs
voracib; esse cōmitem adulationē. Os
dicitur maledictione & amaritudine
reple-

repletum ob blasphemias, & opprobria,
quæ jaçant labia, venenum aspidum
claudere quia letalibus consilijs mor-
tem inferūt sic Aug. licet ideo expli-
cet aspides dici, quia sunt diuinæ legi
aures claudentes. Sed certē venenum
dicitur aspidum, ob mirabiles aspidei
veneni proprietates, quæ mirē qua-
drant labijs mala consilia præbenti-
bus. primo, quia Eliano teste. libr. 1.
cap. 57. Uiperæ & aliarum serpien-
tium morsus non carent remedio, so-
lum aspidis morsus curari non potest,
estque omni medicina robustius, vt in-
telligas prauī consilij ab amico exhi-
biti venenum ipsius dæmonis sugges-
tiones superare. secundó, ex eodem
libr. 3. cap. 31. cap. 31. & Plin. lib. 10.

Proprietā
tes veneni
Aspidei re-
censentur

cap. 74. Is qui ex aduerso respicit in
 aspirationē lybicae aspidis excæcatur,
 eò enim tendunt consilia. vt mentis
 lumen, siue innatum, siue à viris eru-
 dencibus incensum extinguant. ter-
 tiò, ex eodem lib. 9. cap. 61. morsuum
 vestigia tam perparum apparentia as-
 pis imprimere dicitur, vt inditia vix
 aeri oculorum acie deprehendantur, ve-
 nenum non eminet sed subcutim su-
 biès intra meatus venæ pœnitus subest
 atque sic intima delabatur, vt nihil
 extet, neque emineat haud aliter om-
 nium pessimus dolus est in qua non ap-
 paret vestigium falsitatis. quartò, vt
 docet Dioscor. lib. 6. cap. 52. aspideum
 venenum, ac morsus voluptatem infert
 sensumque titilatione ingèri, dulcedine
 intensa

intensa prurigine excitata blandissi-
 mè afficit, vt in medijs delitijs inopina-
 ta morte interficiat. quid dulci sed
 letali consilio similis? deniq; vt omnes
 docent, aspides, sicut, & vipera, & ser-
 pentes prius linguæ filamētis mollibus
 dolosè elingunt, vt venenū eijciant sub
 labijs clausum in pelliculis quibusdā
 è linguæ radice orientibus, sic venenū
 aspidum sublabijs eorum, id est, ad lin-
 guæ radices occultè scilicet fallant.

Veloces pedes eorum ad ef-
 fundendū sanguinē. 7. Contri-
 to, & infœlicitas in vijs eorū, &
 viā pacis nō cognouerūt nō est
 timor Dei ante oculos eorum.

Ecce tres circumspectancias, quæ supra
 dictis flagitijs maximam videntur ad-

de re de formitatem, primum enim ma-
ximo conatu celeritate mirabili ferun-
tur ad malum, tanquam ad brauium
consequendum, velociter currunt ad ef-
fundendum sanguinem, siue alienum,
siue proprium, corren haziendose
sangre los pies, merito hac Aug.
ad peccadi reffert consuetudinẽ Prov.
7. adolescens ille qui prius tanquam
bos tardo gradu incedebat ad domum
meretricis, deinde, vt agnus lascibu-
bat, tandem vt avis festinavit ad la-
queũ, quod bene alia similitudine Iud.
2. exprimitur, como vn arrazife, q̃
mas pisado, mas duro, à mas llu-
uia del Cielo, mas tieso, non di-
miserũt ad inuentiones suas, & viã du-
rissimã per quã ambulare cõsueuerũt.

Secunda

Secunda circumstantia est quod mul-
tis laboribus agitantur dum peccant,
quasi dicat, ya si dexaran mi ca-
mino por otro ameno, y llano:
pero no es afsi, contritio enim, &
infœlicitas in vjs eorum, quod bene
Aug. reffert ad malorum viã erum-
nis plenam. Merito infœlicitas ipsa di-
citur in vjs esse peccatorum, nam om-
nia, quæ infœlicẽ possent reddere viã,
siue extrinsicè, siue intrinsecè in eis re-
periri scriptura docet. primo enim do-
centur viæ incurbatæ Isai. 59. Semi-
tæ eorum incurbatæ sunt eis: ca-
llejuelas de fierte rebueeltas, que
ni saben por dõde salir, ni por
donde entraron, omnis qui calcatur
in eis ignorat pacem. Secundo, viæ

L 4

Lutu-

*lutulenta, psal. 9. Inquinatae sunt
viae illius in omni tempore, idest
aun en Verano ay pantanos. ter
tio, viae lapidibus complanatae Ecclesi.
21. n. 11. Via peccantium compla
nata lapidibus, & psalm. 48. n. 14.
Haec via illorum scandalu. quarto,
via ignota ideo enim Prov. 2. dicuntur
viae impiorum infames, & Prov. 14. n. 2.
Qui infami graditer via. 6. via di
cuntur obscura plenaq; caligine psal.
34 sicut viae illorum tenebrae, & Prov. 2.
n. 12. Ambulant per vias tene
brofas. 6. via periculosa tum ob hos
tes, qui ibi insidiantur Prover. 22. n. 5.
Arma & gladij in via superbiae
tum ob latrones, Prover. 23. n. 19.
Insidiatur in via quasi latro. tum
ob*

*ob feras, siue veras, siue quas metus
facit, Proverb. 26. Dicit piger leo
est in via. Tum denique ob spinas,
Proverb. 15. Iter impiorum quasi
sepes spinarum. Quibus omnibus
adde duas omnium pessimas circun
stantias, scilicet vias esse inutiles, ca
mino errado, Ecclesi. 10. Via
stultorum affliget eos quia nes
cierunt ad urbem pergere. secundo,
No solo errado del Cielo, sino
derecho del inferno. Ecclesi. 21.
Viae impiorum in fine inferi tene
brae & poenae, Prov. 7. Viae inferi
domus erit. penetrantes interiora
mortis. Merito ergo dicitur, con
trito & infelicitas in vijs eorum, con
trito dum ambulant per eas, molidos
L 5 he-*

y hechos pedaços, *infelicitās dū ad finem per veniunt aeterna infelicitatis.*

E contra via dicitur pacis iter iusti. bona his malis opposita habens, primo enim est via recta Isai. 28. num. 7. Rectus calis iusti ad ambulandum? Dios le allana el camino. secundo, via immaculata. 2. Reg. 22. n. 32. Dominus immaculata via eius. Psal. 17. n. 33. Possuit immaculatam viam meā. tertio via absq; offendiculo, Prov. 15. n. 19. Via iustorum absq; ofendiculo. quarto via clara Job. 22. n. 28. Et in vijs tuis splendescet lumē. quinto via absq; periculo Isai. n. 57. n. 13. Qui fidutiā habet in me hæreditabit terrā, & di-

& dicam, viam facite, præbete iter, declinate à semita, auferte offendicula de via populi mei. *Quibus adde duas circumstantias. prima, quod currens non solum vires non amittit sed auget Prov. 10. n. 21. Fortitudo simplicis via Domini. & 2. Paral. 17. n. 6. Cumq; sumpisset cor eius audatiam propter viā Dñi. secūda, quod cælum prospicitur via terminum Prov. 10. n. 9. Via vitæ custodienti disciplinam, & Sapientia 10. n. 10. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnū Dei. Lleualos à vista del Cielo à donde van. Nota denique dici posse ideo infelicitatem esse, & contraritatem in vijs impio-*

impiorū, siue quia in eisdem rebus in quibus alijs damnum intulerūt ipsis inferetur. Vide c. 25. & 26. Ezechiel. siue quia in eisdē rebus in quibus delatatur impij punientur, & conterentur. vide 2. Paral. 6. num. 23. vt reddas iniquis viam suam, & 3. Reg. 8. n. 32. reddens vias super caput, & c. ac deniq; Ezech. 7. n. 9. vias tuas imponent tibi.

Tertia circumstantia, non est timor Dei ante oculos eorum, ya si peccarā con rezelo, y medio, sed peccant absq; formidine, quod vehementer solet iudicē irritare. in scriptura timor Dei dicitur habere faciem, qua fortissimos quosque vertat in fugam Isai. 2. nu. 19. Introibunt in speluncas petra-

petrarum, & in voragines terrarū à facie formidinis Domini, idem repetitur, num. 21. Ergo qui Deum non timet dicuntur terga vertere formidini. Et sic timor Dei non est ante oculos eorum.

8. Nonne cognoscent omnes, qui operātur iniquitatē, qui deborāt plebē meā vt escā panes?

9. Dominum non inuocaerunt illic trepidauerunt timore vbi non erat timor.

10. Quoniam Dominus in generatione iusta est, consilium inopis confudistis, quoniam Deus spes eius est. Perstat adhuc in 2. parte. Dum enim de caele Deus hac omnia flagitia prospiceret fingitur

fingitur iratus minitari supplicium, nō ne cognoscent? no sera bueno darles à entendre lo que hazen? iudicium minatur inquit Aug. & merito, porque el dia de la quēta, se cae en la quenta: & nota tria, quæ Deus vidit hic refferri puniēda, vidit peccatorum in bonos nociua opera, non enim erat qui faceret bonum, id est, faciebat summum malum. ad hoc refferitur, qui deborant plebem meam sicut escam panis, id est, vel quotidie, vt Aug. Como es ordinario manjar el pan. vel, tan sin tenerlo por malo, como, ni se tiene por gula comer vn poco de pan. Vidit omnes declinasse simul à Deo ad creaturas. huc spectat Deum

no no

non invocauerunt, id est, non invocabunt, vt pleriq; legunt. & sæpè præteritum pro futuro ponitur. Pues no pusieron en mi su aficion, no tēdran boca para llamarme en su afición. Vidit non esse requirentes nec reuerentes Deum. huc spectat, illic trepida verunt timore vbi non erat timor, quasi dicat, timebunt illic, id est, vbi ego video esse puniēdos, vt Psal. 36. ibi cadent qui operantur iniquitatem, vbi non erat timor, scilicet, bonis qui sunt ea generatio iusta in qua Dñs est. Alli seran vencidos, donde los buenos venceran, y temeran, dō de los otros reyran, por tener à Dios de su vando. Eritq; satis dignum supplitium siquidem irrifistis
justo-

justorum consilia in Deo spem suam collocantium.

Nota in his cribus puniendis, primo loco recenseri injuriam justorum plebi collatam, qua in enumeratione malorum, ultimo loco fuerat à Davide enumerata, ut hinc appareat Dei erga suos, amor, que haze cabeça de processo, contra el malo, no de las blasfemias contra si, sino de los agravios cõtra los suyos. Unde Sapietia ultimo. Sodoma Aegyptique supplitium non ad nefandum scelus, non ad idolorum cultum, sed ad crudelitatem in hospites refertur. Iusté, inquit, patiebantur secundũ suas nequitias, etenim detestabiliorẽ in hospitalitatem instituerunt. alij quidem ignotos

ignotos non recipiebant advenas, alij autem bonos hospites in servitutem redigebant. Neque dicitur in extremo iudicio, abite quia idolatristis, blasphemastis, sed, quia fuistis immittes, atque absque pietate.

9. *Quis dabit ex Syon salutare Israel cum auerterit Dominus, captiuitatem plebis suæ exultabit Iacob, & lætabitur Israel. Ecce tertiam partem Psalmi, in qua David, ne sui tempores peccata, & à Deo sumendam vindictã, vindictæ animo retulisse videretur, optat Israeli maximam fœlicitatem, si ué quam consequatur, devicto Saule. & populo ab eius servitute libero, si ué*

¶

veniam

veniente servatore in orbem. & à da-
 monis captivitate liberante Israel. Ex
 Syon dicit, id est, ex arce regia si eam
 ego tenuerim, vel verus Rex Christus
 veram Syon Ecclesiam occupaverit Sa-
 lutare, dicit non solum salutem sed
 salutiferum. Exultare Jacob, &
 lætari Israel, idem esse bene Augus.
 & gaudij magnitudinem significare
 bene omnes.

PSALM. XIII.

Artificium.

N IHI in terris foelicius
 quam pace communi
 frui, & inter homines
 absq; quærela vivere, vt vel ipsi
 ethni-

ethnici tyrānis optent, nesit in
 aliquo quærimonia, 1. Esdræ 6.
 n. 6. Et inter insignia beneficia
 populo à Deo collata enumeretur.
 Sapientia. 10. n. 15. Conser-
 uatū esse absq; quærela. in hoc
 ergo psalmo dubitatur, quis, si-
 uè in bello, siuè in pace, siuè in-
 communi, siuè in regio loco cō-
 stitutus, pace fruatur, & requies-
 cet? cui Responderetur, si nullum
 damnum inferat si benè faciat.
 Et quoniā tribus rebus aliquis,
 potest alterum lædere, verbis,
 factis, & existimatione de his
 tribus mentionem facit.

1. Dñe quis habitabit in taber-
 naculo tuo? aut quis requiescet

in monte sancto tuo? *Ecce quaesitum. in tabernaculo habitare est in bello esse tutum. in monte scilicet, Syonis requiescere, est in vrbe. pace peccatissima frui. quaeritur ergo quis in bello tutus? quis domi quietus erit?*

2. Qui in greditur sine macula & operatur iustitiam. *Ecce generalis responsio scilicet declinando à malis, faciendū bonum. negatiua & posititiua praecepta adimplendo. Ingredi hic non est à verbo lalach id est, venire vel inchoari viā, sed à verbo bu. i. ambulare, & sic ingredi, sine macula est viuere obsq̄ peccati labe. vnde Hebraicè, ambulans integre, Chaldaicè. ambulans in perfectione, operari iustitiam est operari iusta. vt benè Chaldaeus.*

3. Qui

3. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. *Respondere incipit in particulari, ad particulares virtutes amplectendas spiritualiaque vitia fugienda, descendens. circa verba opera, & mentem. de verbis duo dicit loqui veritatem in corde. Augustin. & interlinealis, quia multi habent veritatem in labijs, & in corde non habent, tanquam si aliquis (inquit) dolose ostendat viam, sciens in ea esse latrones, & dicat si hac ieris à latronibus tutus eris, & contingat, vt verè ibi latrones non inueniantur, verum ille loquutus est sed non in corde suo. Aliud enim putabat, & nesciens verum dixit.*

¶ 3

parum

parum enim est verum loqui, nisi etiã in corde ita sit. Alij loqui veritatem in corde, quia aliquando non eam ore protulit, cum indignis fraudulenter, quaerentibus eam digna abscondit. Lira, & cõmuniter, quia sic pronuntiat, ut in corde habet, non duplex cor habet, non in corde, & corde loquitur, sed idẽ cor latet intus, & patet in ore; forte sensus est, qui semper secum meditatut veritatem loqui, no le pasa por pẽsamiento mentir. tiene cordial affecto a la verdad. Ex hoc positivo sequitur negativum non agere dolum in lingua, id est, ut August. cum aliud lingua profert aliud ore tegitur. & nota hac phrasi significari in scriptura aliquem esse justum Ioann. 1. de

Nata-

Natanael, in quo dolus non est. & 1. Petr. 2. n. 22. peccatum non fecit neq; inventus est dolus in ore eius.

4. Neq; fecit proximo suo malum. Ecce secundum, quoad opera. Et oprobrium non accepit adversus proximum suum. Ecce tertiu, quoad existimationẽ. nam licet Chaldaeus explicet, qui oprobrium non sustinuit super propinquo suo, id est, no sufre, ni lleua en paciencia, se afrente nadie, & licet oprobrium accipere adversus aliquem possit significare quod Hispanẽ dicimus no leuantarle anadie, testimonio, ni afrenta, sicut Exod. 23. n. 1. non suscipies vocẽ mēdatij; Plus tamen

M 4 arridet

arridet Aug. & Hier. qui opprobrium aduersum alium non accipere docent esse non libenter credere criminatori, no creer de ligero al murmurador.

5. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus timētes autē Dño glorificat. *Hac verba ad hoc vltimum refferuntur, nihili enim aestimat improbos quamuis genere prestantes bonos autem, & humiles magni ducit.*

6. Qui iurat proximo suo, & non decipit; pecuniam suam nō dedit adusuram, & munera super innocentem non accepit.

Cum incommuni ad omnes verba fecisset

cisset nunc ad particulares personas descendit. Et nota ad omnes status hac verba refferri, a los principes honrar al bueno, glorificare timētes Deum. Ad mercatores non dare adusuram. ad Iudices munera non accipere. ad plebeios fidem datam iuramento non frangere.

7. Qui facit hæc: non commouebitur in æternum. *Ex dictis infert conclusionem, qua Respondetur quæstioni primo numero propositæ.*

PSALM. XV.

Artificium.

M 5

TITV-

TITVLVS ostēdit Psal-
mi dignitatem. Mīctam
enim gemmam, vel
aurum significat, quasi dicat, *este
Psalmus es vna rica joya.* ad idē spe-
ctat tituli inscriptio, id est, memo-
ria perpetua, *Es Psalmus digno de e-
terna memoria, que se auia de escruir
en algun trofeo ó columna.* vel, ab om-
nibus legi debet maiusculis ca-
racteribus scribi. summo studio
excogitatus est. neq; vno apice
redundās. Breui plura comple-
ctens, quæ sunt inscriptionis
tituli proprietates, & huius psal-
mi excellentiæ.

Circa argumētum primo nul-
lus dubitare potest agi in hoc
Psal-

Psalmi ad literarā de Christo
vt ex Petro Act. 2. & Paul. Act. 13.
constat. secundò, certū est ali-
quos esse versiculos, qui solum
de Christo debent ad litteram
exponi, vt probat Petrus vbi su-
pra. n. 25. De huius Psalm. n. 18.
*Fratres (inquit) nos liceat audenter
dicere ad vos de Patriarcha David,
quoniam defunctus est, & sepultus, &
sepulchrum eis apud nos est. vsq; in ho-
dierum diē, Propheta igitur cū es-
set prouidens loquutus est de resurrec-
tione Christi.* Idem argumentū est
est apud Paul. Act. 13. n. 36. *David
(inquit) in sua generatione cum ad-
ministrasset voluntati Dei, dormiuit &
vidit corruptionem, quæ vero Deus sus-
citauit*

citavit à mortuis, non vidit corruptio-
nem. Tertio mihi certum est posse
 etiam hunc Psalmum ad Davidem
 referri ad literam, licet fiat ad
 Christum transitus in fine. Quare
 duplex via, omisis alijs, esse po-
 test inveniendi artificium Psalmi,
 siue totum referendo ad Chris-
 tum ab initio, siue ad Davidem,
 Et in fine ad Christum, primam
 ostendere fit satis. secunda, verò
 quia planior videtur incedim⁹.
 Si totus ad Christum referatur,
 petit Christus in dignitate re-
 gia conservari, licet enim relin-
 quatur synagoga, rex felicior
 constituitur Ecclesie. in tres divi-
 dedus est partes. in prima à n. 1.
 vsq;

vsq; ad 6. agit cur regnum abijce-
 ret synagogæ. quia mala reddunt
 pro bonis. nam cum Deus bono-
 rum Christi non egeret, ea Iudæis
 qui in terra sancta erant, mirè
 contulit. Christi miraculis doc-
 trinis, & sanguine eos mirabi-
 les toto orbi reddendo, sed illi
 multiplicauerunt peccata, post
 quæ celerrimè abierunt, vel fe-
 cerunt idola, quæ coluerunt, vel
 plagas Christo intulerunt quavis
 postea accelerauerunt, *quedando*
se corridos. Propter quod cõuenti-
 cula eorum, & synagogas abijciã,
 vt scilicet non regnet super eos.

In secunda parte lætitiã ostendit
 de regno Ecclesie acquirendo
 à n. 6.

à n. 6. non enim absq; regno manebit ille cuius portio, hæreditas, fœcūdusque calix Deus est, sed vberiorē glebam fertiliusq; solum obrinebit. in tertia, hujus regni cōsequendi spe, se morti offert, internisq; cruciatib²; certus, quod non derelinquetur in inferno, sed tandem ad implendus sit lætitia in resurrectione.

Si verò psalmus est de Dauide aut de quouis iusto ecce materiam spei qua animus erigitur, qui timet an conseruādus sit in prospero, siuè gratiæ, siuè dignitatis statu? Proponūtur quatuor motiua, quæ conceptam spem acuunt, duo ex parte Dei. tum
ob

ob magnificā eius conditionē, quæ ratio, est à priori. tū ob effusa in alios beneficia, quæ ratio potest esse à posteriori duo ex parte ipsius Dauidis, primū, quod hominibus humanisque rebus difidat. secundum, quod Dei erga se beneficia jam fuerit expertus.

1. Conseruame Domine, quoniam speraui in te. *Ecce Dauidis petitionem & generale motiuum.*

2. Dixit Domino Deus meus, quoniam bonorum meorū non eges. *Ecce primū, motiuū sperādi cōseruationē, Dei natura adeò diues est, vt nullis egeat, quasi dicat, tāto mas espero en ti, quanto menos neces-*

necessidad tienes de mi, porque mas es de fiar de vn animo liberal, q̄ de vn interesado, si esperara en ti, porq̄ tienes necesidad de mi, como espera el soldado del Rey temiera, q̄ quãdo yo no estuuiera de prouecho me dexaras. *Sed quia mi nō eges, ego & si inutilis fuerim depeccator, in te speraui. vel quia & si mihi dona concedas, nihil amittis, ideo plura de te specto, quia ijs non eges, quæ mihi fueris largitus. Adde, si cum Chaldeo legas, quoniam bonum meum non est nisi à te, optima ratio sperandi conseruationē doni est, illud datum esse à Deo, qui de donis non pœnitet.*

3. Sanctis qui sicut in terræ eius

eius mirificauit omnes voluntates meas in eis.

4. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt.

Ecce secundum motuum, quo roboratur spes conseruationis mirabilibus à Deo factis in suorum protectionem, quasi dicat, vt bené Euthim. Se que Dios à hecho marauillas en sus seruos, y quãto yo pudiera desfechar, para mi, à obrado admirablemente en ellos. Cuius euidentis argumentum quod cum tormenta, ac dolores super eos multiplicarentur postea accelerauerunt, en vn buelo se les passaron los males.

Adde si cum Græcis legas voluntas suas

N *suas*

suas, bené meas, & suas, id est, Dei voluntates dicit, porque mi desseo de conseruarme en justicia, lo es mejor de Dios, que lo quiere mas, que yo puedo quererlo.

5. Non congregabo conuenticula eorum in sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.

6. Dominus pars hæreditionis meæ, & calicis mei tu, & qui restitues hæreditatem meã mihi.

7. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi. *Ecce 3. motivũ in ordine ad se, & primã causam ex parte sui, ad conceptam conseruationis spẽ augendam, qui scilicet rebus huma-*

humanis diffidens, in solo Deo spem suam collocauerit. Quasi dicat, no fio en consejos de guerra, ni me acordare, para tomallos en mi boca. Conuenticula dicit eorum suppresso per contemptum antecedente, vt cum Iuno de Simile, ipsa petenda mihi, ipsam si maxima Iuno vocor perdam. In solo Deo hæreditatem habet, Calicem, & restituentem hæreditatem. id est, omne quod ad conseruationẽ requiritur, socorro de bastimentos, y gẽte de armas. Gaudet sua sorte præclara. funesq; in præclaris cecidisse gemit, quasi dicat, sien otros en hombres, otros en armas, &c. yo me tengo por mas feliz, en fiar en Dios.

Et Nota Deum objectum spei, id est, en quien confio, comparari hereditati et terra possessionis suæ. quia quæadmodum agricola in spe spargit semen, ut ait Apostolus, videtur quod stultis illud amittere, prudenter tamē agit, quia pingui cum fenore reddetur, haud aliter, perder David humanos fauores y cōfiāças, es sembrar en Dios, para cogerlo colmadissimo. Siuē quemadmodum omnia in spe fructuū terra viuunt, et absq; ea nihil ad alimenta sufficeret sic, quanto tiene ser se sustenta, y cōserua del fruto de la esperança en Dios.

Restabat quartum motiuum, et secundum respectui sui, qui scilicet in se alia diuina benefica expertus est, qua
ad

ad benè de se sperandum signa sustulere certissima, quæ beneficia ad tria capita reuocantur, sapientiam, vigilantiam, et fortitudinem, quæ tria maxime conducunt ad rei bellicæ negotium, et regni conseruationem.

8. Benedicam Dominum, qui qui tribuit mihi intellectū propriè consilium. *Ecce primum.* In super, & vsque ad noctem increperunt me renes mei. *Ecce vigilantiam,* siuē se me que xauan los hueffos de tanto velar, y no acoftarme, *Hispanè,* no tenia hueffo, que me quisiēse bien, id est, *preuigilia defatigatus.* siuē quia ipsa oratione membra defessa me erudiebāt, quod facere expediret, ut habetur in Hebræo.

Sinè cum Chaldaeo. in super in nocte castigabo mihi renes meos. La penitencia es para que no se duerma la centinela.

9. Prouidebam Dominum in conspectu meo, quoniam à dextris est mihi ne commouear.

Ecce tertiam, Siempre el padrino al lado, para no desdezir vn pũto del valor. Nota Chaldaicè esse posui verbum Dei in conspectu meo semper, sinè à Christo, para imitabile, y no errar. Sine su doctrina, qua vim habet sustentandi lapsum, vt ipse ait apud Isai. Dedit mihi linguam, eruditam, vt possim sustinere eum qui lapsus est verbo.

10. Propter hoc lætatum est
cor

cor meū exultauit lingua mea, in super, & caro mea requiescet in spe.

Ecce quod ex quatuor supra allegatis rationibus colligitur. Tria commemoratur cordis lætitia, id est, maxima cordial contento, lingua exultatio Canticis scilicet, atque Hymnis. & Nota Chaldaum, & Hieronymum, legisse, gloria mea exultauit, verbumq; in originali positum gloriã significare, estq; lingua epitetom, sinè quia soli hominis est, sicut ratione, sic rationis interprete lingua vti. Sinè quia lingua maximam est gloriam consequus David, Psalmos, scilicet, canendo toto orbe, vna cū eorū auctore, de cantados. sinè quia lingua sua maxima à Deo

est adeptus & orando ab hostibus victorias reportavit, ut qui gladium vocaret militis gloriam, &c. Tertio, ab ipsa etiã carne participata lætitia, sæpè enim ex interiori justitia, ad corpus sanitas requiesq; dimanat, vide Prov. 3. n. 7. Time Deum, & recede à malo sanitas quippe erit umbilico tuo, & irrigatio ossiũ tuorum. Cria la virtud buena sangre, y haze buenos humores. Siuè quia interior animi lætitia de præsumptiva justitia corpus erigit, ut Prov. 18. Spiritus viri sustet imbecilitatem suam (id est, el interior alièto da fuerça a la carne) Episcopum verò ad irascendum facilem (id est, Hebraicè, mæstus, vel, deiectum, Chal-

(Chaldaicè demissum, Septuaginta pusilanimè) quis poterit sustinere? Quien lo podra sufrir? ni el a si mismo.

11. Quoniam non derelinques aĩam meã in inferno, nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ.

12. Notas mihi fecisti vias vitæ ad implebis me lætitia cum vultu tuo delectationes in dextera vsq; in finem. *Ecce manifestum transitum ad Christum cuius caro nõ vero Davidis corruptionem non vidit. Et notandum in Concil. Romano, sub Vigilio Papa subscribitibus 20. Episcopis, quod habetur in Bibliotheca Vaticana, unde Anton. Aug. & Pater Turrianus transcripserunt, & quod*

N 5. se

se legisse testatur P. Prado incom. Isa-
gogico. super Ezech. sect. 3. post reci-
tatam Theodori interpretationem, hu-
ius versiculi dicentis proprie, nō de ipso
Christo prædictam, fuisse prophetiam
hanc, sed de populo Israelitico hæc ver-
ba habentur à Pontifice prolata. Qui
hæc ita sapit, docet, credit, &
prædicat, anathema sit.

Quatuor commemorantur, quæ
Christus certo sperat. primum, quod
anima non est in inferno relinquen-
da, id est, in lymbo, ut bené ex vi vocis
probat P. Pineda in Job. c. 7. versiculo
9. n. 3. iuxta id Genes. 37. Descendā
ad filium meū in infernū. Nempé
in lymbū, ubi Iosephum putabat esse. &
Isai. 14. n. 15. Rex Babylonis cui dene-
gatur

gatur sepultura dicitur ad infernum
trahendus in profundum lacus. secundū,
quod caro ab anima separata nō expe-
rietur corruptionem. Sæctum dicit, id
est, sanctificatū, vel sanctificatiū, (ut
Aug.) per quod, & alij sanctificandi
sunt, & à peccati corruptione liberandi
non corrumpi patieris, ut ait Aug. ter-
tiam, non solum animā ab inferno, &
à corruptione carnē liberabit, sed ani-
mā, & carnem implebit lætitia illā vis-
sione beata istam docibus gloria. quar-
tum, in dextera maiestatis consedere fa-
ciet delectationibus æternis cumula-
tum. & nota per illa verba, notas
fecisti mihi vias vitæ, id est, resur-
rectionem, & ascensionem indicari
Christū propria virtute resurrexisse
& ascen-

Commentarij

Ascensisse nõ enim dicitur ducis per vias vitæ, sed cum eas iam notas haberem ego per illas incesi.

PSALM. XVI.

Artificium.

PSALMVS istæ orationem cõtinet Dauidis in qua à Deo contendit, vt sententiam ferat, litemq; dirimat, in causa quam gerit cū aduersarijs. Diuiditur in quatuor partes, in prima Deum facit suæ causæ iudicem, à n.1. vsq; ad 4. in secunda, suam innocentiam iudici representat qua eius animus ad se inclinetur, à nu.4. vsq; ad

in Psalm. 16. 103

ad 12. in tertia, aduersariorum peccata, & flagitia commemorat, vt contra eos iudicis animū inflammet, à n.12. vsq; ad 15. in quarta, aduersarijs libenter bona temporalia concedit dū modo æterna, & spiritualia illi præbeantur, à n.15. vsq; ad vltimum.

1. Exaudi Dñe. iustitiam meã intende depræcationem meã.

2. Auribus percipe orationem meam, non in labijs dolosis.

3. De vultu tuo iudicium meū prodeat: oculi tui videãt æquitates. *Ecce primam partem, in qua circa ferendã sententiam quatuor petit, primum, vt iustitiã exaudiat, por que es tãta, q̄ clama, y da bozes*

en mi favor. *Secundum*, ut una cū
justitia gratia utatur, & solita erga
miserorum voces animi attentatione.
 Como vn juez benigno, que va
 oyendo al pobre con atención y
 compasión. *Tertium*, ut postquam
 exaudierit attenderitq; breviter sentē
 tiam ferat, quasi dicat, in ictu oculi,
 sin mas dilaciones con vn sem-
 blante tuyo, en mi favor, me da-
 re por victorioso. *Quartū*, nō sic sen-
 tentiā postulat cito proferri, ut utriusq;
 partis non videātur jura. Soy cōten-
 to q se vea de ambas partes su
 justicia. sic petendum à iudicibus.

4. Probasti cor meum, & visi-
 tasti nocte igne me examinasti,
 & nō est inuēta in me iniquitas.

Ecce

*Ecce secundam partem, in qua teste suae
 innocentiae adhibet nullum certe melio-
 rem quam ipsum Deum, & quoniam
 aptior testis est non ille, qui casu vidit,
 sed qui dedita opera rationē probavit,
 ac tentavit, cuiusque tāta est solertia,
 ut noctu visitet, cum imparatus erit vi-
 sitandus. & cuius tanta est sciencia,
 ut noctis etiā tenebras explorare sciat
 ideo affert testem Deum, qui probavit,
 id est, examinavit cordis intima, qui
 nocte cum nil minus cogitabat David.
 cum se à nemine videri putabat vi-
 sitavit. quem nihil quamvis in noctis te-
 nebris gestum fugit. Se dicit igne exa-
 minatum, quia non quamcunq; inno-
 centiam profert, sed eam, quae in maxi-
 mis laboribus ostenditur.*

5. Ut

5. Vt non loquatur os meum
 opera hominum propter verba
 labiorum tuorum ego custodiui
 vias duras. *In particulari, innocētia
 sua à Deo concessæ hoc vnum affert
 argumentum, quia cum communissi-
 mum sit litigantē malē de aduersario
 loqui, eiusq; malē facta omnibus ma-
 nifestare, yo no hablo de sus co-
 sas, ni digo de sus hechos, lo q̄
 pudiera, sed tuis dictis obtemperans
 custodiui vias duras. Hebraicè vias la-
 tronis, id est, no ay ladron, q̄ por
 su vicio ande cō mayor inquiet-
 tud y miedo de aca por alla, ef-
 condido entre sierras y montes,
 que yo por tu ley: & nota pro sua
 iusticia manifestatione duo illa dixisse
 sustine,*

*sustine, & abstine quia abstinuit à ver-
 bis, & sustinuit dura.*

6. Perfice gresus meos, vt non
 moveantur vestigia mea. Solent
 pauperes à potentioribus oppressi post-
 quam innocentiam patientiamq; judi-
 ci representarunt ostendere ei, quam
 sit eorū patientia exhausta, & in quā
 eo versentur periculo aliquid indignū
 faciendi, quo magis iudicis animum
 moueat ad pietatem. ait ergo David
 con ser tanta, y tan probada mi
 innocencia, estoy tan apurado,
 que no se que me diga, sino que
 me tégays de vuestra mano, pa-
 ra que no deslize, non dicit, vt non
 cadam, sed ne moueantur vesti-
 gia, quasi dicat, no comience à
 bam-

Commentarij

bambolearse mi paciencia, que dare con todo en tierra. *Gressus* petit perfici non solum pedes quia ipse gressus, & bona operatio ab ipso est non solum pes, sed ad bene operandum potentia.

7. Ego clamaui, quoniam exaudisti me. inclina aurem tuam, & exaudi verba mea. *Proprium est pauperum pro sua causa clamantium à iudice veniam importunis clamoribus postulare. suamq; excussare audaciã benevolentia, & pietate, quam experiuntur in iudice, quasi hæc illis spiritus addat, he dado bozes, y renido atreuimiento, por verquã de buena gana me aueys oydo. Aurem petit inclinari, siue quia*
in hu-

in Psalm. 16.

106

in humilietat statu & cõditione, siue, vt maiorẽ petat in iudice attentionem.

8. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.

9. A resistantibus dexteræ tuæ custodi me, vt pupillam oculi.

10. Sub vmbra alarũ tuarũ protege me à facie impiorũ, qui me affligerũt. *Pauperum est propriũ sic suã manifestare iustitiam, vt etiã misericordiam implorere, & de ea iudicem laudẽs quoniam virtus laudata crescit ideo petit, vt misericordiam mirificet, i. suba de pũto suã miã, vel vt Aug. non vilescant misericordie tuæ in me, ne minus amẽtur, no pierda en mi su fama tu misericordia, qui morẽ habes saluos faciendi sperãtes in re.*

Q 2

Solent-

Solentq; etiam pauperes quo vehementius aduersus potentes iudicis animū commoueant, indicare duo. primum, potentes nihil timere, nullum vereri, impune volitare, ideo petit liberari à resistantibus dextera tua, de estis que no ay justicia, ni poder para ellos. secundum, pauperes nullum alium tutorem curatoremq; contra potentes habere nisi iudicē, quod duabus exprimit comparationibus. prima, sumitur ab oculi pupilla quam si tenuissima membrana non teget, quid eam à puluere, luce, milleque hostibus tueretur? omnia nocerēt nihil prodesset, ab ea tamen conseruata nihil, neq; ipse lucis radius infestat. secūda, sicut pullus gallinacens, neq; quibus fugiat

pennas

pennas, neq; quibus offendat, aut defendatur arma, siue virgibus, siue rotis habet, nisi matris alas, quæ pro sua in pullos pietate, irascitur miluo; sic nisi iudicis clemētia miser pauper defendatur quibus se possit tueri arma non habet.

11. Inimici mei animam meā circundiderunt adipem suū cōcluserunt os eorum loquutum est superbiam.

12. Proijciētes me nunc circūdederunt me oculos suos statuerunt declinare in terram.

13. Susceperūt me sicut Leo paratus ad prædam, & sicut catulus Leonis habitans in abdītis.

Accedit ad tertiam partem, in qua

*partis contraria flagitia recenset duosq;
refert opposita ijs, quæ de se dixerat.
primum, quod mala intulerint circū-
dantes, sin dexarle salida. secun-
dum, quod delitijs abundant adipem
claudentes, andā gordos el riñon
cubierto. ex quo sequitur iracunde
loqui, nam Philone teste, crudelitas
est legitima proles voluptatis.*

*Tria mala commemorat sibi, ab
hostibus illata verbis dum loquuntur
superbè, operibus dum proyiciunt cir-
cundantes, echāme por ay, y aun
nome dan el refugio del dese-
chado, que es huyr. Circundan-
tes cogitationibus dum oculos suos
statuunt declinare in terram, id est,
como me tienen cercado, quie-
ren*

*ren hundirme en la tierra. vel,
echanme vnos ojos, que pare-
ce me quieré clauar con la tier-
ra, vel oculos suos deprimunt ne me
intueantur, si enim intuerentur com-
miseratione mouerentur. vel melius cō
ego vndiq; cinctus hostibus latebras la-
tibula que quero ipsi rimātur omnia
linceis oculis penetrantes terram, me
sepulturi intuentur. vt 1. Reg. 23.
Considerate locum vbi, sit pes
eius considerate, & videte lati-
bula eius in quibus se abscondet
quod si etiam in terrā se abstru-
serit perscrutabor eum.*

*Deniq; desiderijs. dum tanta meis fa-
me tenentur, quanta leo præda inhi-
hans, & quanta catulus relictus in*

anero fame enectus potentis prædã spe-
ctans ideo ait, sicut Leo, & sicut Catu-
lus Leonis, siue vt Theod. Antioch. &
Gracè, vndiq; expectant, & inhibant
mihi, quia si fuerim in via, illic para-
tus est Leo, si in latibula me abdidero
illic catulus Leonis me recipiet.

Exurge Dñe, & Preueni eum,
& supplanta eum; eripe animã
meam ab impio frameam tuam
ab inimicis manus tuæ. *Cum de
Leone dixisset, nunc Leonẽ Iudã in-
uocat, vt exurget. Et antequam iste
prædã arripiat præueniat, vt eum dei-
ciat, quod ei erit facilimũ. nam framea
qua vtuntur aduersarij Dei est. potestq;
illã, vt suam ab eorũ manibus arripe-
re. Sic enim Chald. & Hier. & merito*
hostis

hostis framea dicitur Dei quia Deus eo
tanquam instrumento punit, vt Isai. 7.
n. 20. Raddet Dñs in nouacula
cõducta in his qui transfumẽ sunt
in rege Assyriorum. & Isai. 10. n. 5.
Senacherib, dicitur virga furoris Dei.

14. Dñe à paucis de terra diui-
de eos in vita eorũ: de abscondi-
tis tuis adimplet⁹ est vëter eorũ
15. Saturati sunt, filijs diuiserũt
reliquias paruulis suis.

16. Ego autem iniustitia apare-
bo incõspectu tuo, faciabor cũ
apparuerit gloria tua.

*Ecce terciã & vltimam partem, in qua
spectat & petit, vt distributione facta
bonorum, siquidem hostibus bona tem-
poralia contigerunt, ipsi gloria cœlestis*

contingat, à paucis de terra petit, vt diuidantur, quasi dicat, sit inter eos, & bonos qui pauci sunt discrimen: satureretur diuitijs in vita sua, & postquã saturati fuerint reliquias relinquãt filijs. dexẽ mayorazgos, vocat abscondita, de lo q̃ tiene Dios en los rincones de su casa, de lo que no haze caso, como de la vasura, como sino supieffe lo que se tiene en ello. *At ego apparebo iniustitia, id est, postquam iustitiam in terra colucerim justẽ remunerabor in cælo, & satiabor gloria tua, quasi dicat, hartense los otros de la vasura de la tierra, yo me hartare con lo mejor, que tienes, que etes tu mismo, y tu cara.*

PSAL-

PSALM: XVII.

Artificium.

DAVID ereptus, à Saule, Absalone Isboseth, Gebuseis Philisteis, Moabitibus, Syris, & Idumeis, & Amonitis omnibusq; deletis hunc Psalmũ condidit, vt constat ex tituli inscriptione & ex historia 2. Reg. 22. vbi dicitur loquutus est Dauid Domino verba Carminis huius, in die, qualiberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum. & de manu Saulis.

Diuiditur in quatuor partes, in i. n. i. vsq; ad 5. quatuor inumerat quæ,

quæ ex varijs bellorum euentibus colligit, hæc sunt erga Deū amor spes, laus, & in similes casus experientia, in 2. à n. 5. vsq; ad 8. vt ostendat quam benè hi fructus colligantur pericula quibus tenebatur vndiq; enumerat in 3. à n. 8. vsq; ad 28. qualem erga se Deum fuetit expertus exponit triaque enumerat Dei erga se munera. nã adiuuit contra hostes, protexit ad hostibus, & liberauit à malis. in quarta, deniq; parte iterū reddit ad primam, & in actibus amoris spei laudis, & in similes casus experientiæ vsq; ad finem immoratur.

2. Di-

2. Diligam te Domine fortitudo mea.

3. Dñs firmamentum meam, & refugium meum, & liberator meus. *Ecce primam partem psalmi primumq; fructum ex victorijs perceptum cumq; tria requiri possint ab homine praliante ea se in Deo reperisse testatur. Robur, quod, & animi viribus armisque exterioribus constat. Locus aliquis sublimis, & opportunus vnde securus pugnet. ac deniq; auxilium, alicuius, qui siue à belli periculo, siue ab ipsa liberet captiuitate. hæc tria se in Deo reperisse ostendit, dum illum fortitudinem, firmamentum seu refugium, & liberatorem appellat. & clarius. 2. Reg. 22. Dominus petra mea,*

mea, robur meū, & Saluator me-
 us, ob hæc ergo beneficia diligāte Domi-
 ne & c. Et notā cum Areopagita c. 1.
 de diuinis nominibus omnes Theologo-
 rū Laudationē ab beneficos diuinita-
 tis progressus exponendos diuina ef-
 fingere nomina, quod & Chrysost. in
 posteriore Epistolā ad Corint. et Ezech.
 in c. 5. ad Ephes. notarunt. Sic enim
 illuminatio dicitur quia illuminat,
 salus, via, veritas, & vita & hic firma-
 mentū fortitudo & refugium, quia hæc
 omnia prestat. Vide dicta in Canonica
 Io. c. 1. circa id quoniā De⁹ lux est.
 Deus meus adiutor meus, & f-
 perabo in eū, protector meus
 & cornu salutis meæ & suscep-
 tor meus. Ecce secundum fructum
 spes

spes scilicet erectior & sunt tria que
 incentibum fuerant amoris nunc
 alia tria spei firmissima fulcimenta ref-
 fert. Quid enim āplius desiderare quis
 in bello potest quā ledere, nō lædi, aut
 saltē læsum liberari? ob primū dicitur
 De⁹ cornu salutis, id est, sicut tauri for-
 titudo in cornu cōsistit sic Deo ego ar-
 marus hostes offēdā, dicitur protector,
 ob secundū qui me protegit, ne ledar, et
 ob tertium dicitur susceptor ab hostiū sci-
 licet manibus, et Clarius 2. Reg. 22.
 Deus scutum meū, cornu salutis,
 & eleuator meus, saluator meus.
 de iniquitate liberabis me.

4. Laudans in uocabo Domnū,
 Ecce tertium fructum celebrare el
 nombre de Dios, ut Psalm. 74.

Inuocabimus nomen tuum nar-
rabimus mirabilia tua. & psalm.
118. Sacrificabo hostiam laudis,
& nomē Dominum inuocabo.
*In 2. Reg. 22. dicitur Laudabilem in-
uocabo Dominum, id est, Deum omni
laude, & predicatione dignum.*

Et ab inimicis meis saluus ero.
*Ecce quartum fructum, ad futura sci-
licet experientiam, ya se como me
he de librar de mis enemigos,
nūca mas caire en sus manos.*

5. Circundederunt me doloris
mortis torrentes iniquitatis cō-
turbauerunt me.

6. Dolores inferni circūdede-
runt me, præocupauerūt me la-
quei mortis.

Ecce

*Ecce secundam partem Psalmi in
qua ut ostendat quam rectè hi fructus
amoris spei, laudis, & experientia col-
ligātur angustia tribulationemq; qua
opertus fuit, describit.*

*Et quoniam malorum maxima illa
sunt cum totus homo malis eis con-
prehēditur, videlicet inhonore fortunis
saluce &c. Et ab omni homine miser
affligit ab amicis, scilicet, cōsanguineis
&c. Ob hac duo comparantur Dau-
dis mala doloribus mortis cuius angu-
stia omnia membra occupat, cunctos
sensus potēciasq; tenet sic circumdatus
dicitur vndiq; Vallatus, de pies a ca-
beça con angustias de muerte,
ideo 2. Reg. 22. dicitur, circundede-
runt me contritiones mortis,*

P

quia

quia sicut cum lagena conteritur, toda se haze hañicos, sin quedar cosa sana, sic in morte, & Davidis malis, honoris, fortunarũ, & salutis, et aliarũ rerũ innumerabiles erãt cõrri-
tiones. Chaldayce legitur circũdedit me angustia sicut mulieris, quæ sedet in partu, nec vis est ei pariēdi, hæc enim in nulla sui corporis parte crudeli dolore caret.

Item quemadmodũ in mortis tēpestate, torrētes doloris vndiq; in moriē-
tis animam confluunt, siue à memoria præteritorum, siue ab apprehensione futurorũ, siue ab amore presentĩũ, quos relinquit amicorũ, sic se dicit torrētib⁹ iniquitatis circũdatum, siue Belial. vt 2. Re. 22. id est, magnis, vt Hispanè dicimus

cimus, es cosa del diablo, vna tormenta de la ira mala. Cõturbatũ dicit quia à Saule socero ab Absalone filio, ab amicis alijsq; laborum torren-
tes Davidis animum inundabant.

Sed malorum multa possunt esse solatia, si verba sint, si consolator ad sit, siue exterius amicus, siue interius ipse Deus, siue si ipse homo voluntati diuinæ cõcors, et si exterius doleat gaudeat tamen interius, vt se his caruisse David ostendat addit dolores inferni circũdederunt me, aunque dixit eran arroyos, no se acabauã presto, ni teniã vado de algũ cõsuelo, dolores dicuntur absq; solatio, neq; ab homine, neq; à Deo, neq; à se ipso. Et quoniam aliquale solatiũ est

si ad statū mala per venerint nō aliud habitura tuta incrementum, hoc etiā carebat, qui laquei mortis præoccepaverunt me, id est, el pensamiēto preuenia nueros males, no olaua dar passo porparecerme todo lazos y trampas. ideo forte 2. Reg. 22. dicti sunt funes inferni, quia fenestra constrictus & cōprehensus etiā si funis dolorem sentiat, plus tamen de imminente morte, ad quam ducitur constrictus dolet.

7. In tribulatione mea inuocaui Dñm, & ad Deum meum clamaui, exaudiuit de tēplo sancto suo vocem meā, & clamor meus incōspectu eius introiuit in aures eius. Ecce tertiam partē Psalmi,
inqua

inqua incipit describere qualē erga se Deum fuerit expertus. in primis, clamores validi, id enim est clamor incōspectu eius, juxta scripturæ phrasim diuinas penetrabunt aures auxilium implorantes. Inter clamorem auditus, & auxilium præstitū nihil mediat, ut Dei ad nostra tuēda procliuitas indicetur. Et quoniam Deus adiutor, protector, & liberator Davidis extitit, incipit à primó, in quo vindetur quinq; desiderari, primum, ut ira percitus in auxiliū descendat, porquē se puede temer del que viene à dar socorro, que como no viene à pendēcia propria vengamēno enojado.

8. Commota est, & cōtremuit terra, fundamenta montiū con-

turbata sunt, & commota sunt quoniam iratus est eis. 9. Ascēdit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succēsi sunt ab eo. *Etsi ad aliena bella, iratus tamē descendit dnoq; minatur, & urbium, etiā editissimarum, ruina, & rerū ōniū cōflagrationē.* Tā de rayz quiere a solar sus enemigos, q̄ no solo sela jura à sus bienes, personas, casas, ciudades, reynos, si no à los cimiētos, y rayzes de los mōtes de sus tierras. Y hecho vn fuego d̄ colera sale el humo, aūq̄ tan encēdido, y recio q̄ como si todo fuesse carbó nada le resiste.

10. Inclinauit cœlos, & descēdit caligo subpedibus eius. *Secūdo, in*

do, in

do, in auxiliū præstādo maximē refferre si rex ipse principesq; aula regia ad bellū descendant, nō quascūmq; militum copias mittere contenti. Tomolo tā a pechos, y tā de veras, q̄ el mismo en persona descēdio, y trajo toda la corte trasfi, q̄ por do pasaua tanta tropa de gente, aūq̄ fuesse à medio dia causaua cō la poluareda obscuridad.

11. Ascēdit super Cherubim & volauit, volauit super pœnas vētorunt. 3. *in præstando auxilio maximē requeritur celeritas ideo dicitur equitasse super Cherubin, no marchauan cō paso apresurado, no en cauallōs ligeros, no é galeras à vela, y remo, sino é alas de Cherubines, mas ligeras q̄ los viētos*

12. Posuit tenebras latibulum suū incircuitu eius tabernaculū eius, tenebrosa aqua in nubibus cœli. *Quartum, neq; astutia, vëdra sin ser sentido, at veluti intempesta nocte imbrium audimus sonitū, quim videamus pluuiam, vendra sobre ellos sin ser visto, hallarse an anegados, sin tener ojos para ver sus trabajos como llouidos.*

13. Præfulgore incōspectu eius nubes transierunt, grādo, & carbonēs ignis. 14. In tonuit de cœlo Dominus, & altissimus dedit vocē suam. 15. Misit sagittas suas & dissipauit eos, fulgura multiplicauit & cōturbauit eos. *Ultimo requeritur armorum vis atque*
potem-

potentia, quæ arma ad tria capita reuocantur, scilicet tonitruum fulgorē, & fulminum quasi dicat, deslūbrar los à con los ardides, q̄ de quando en quādo, se trasluzé, como entre la obscura noche nace el relápago, atronarlos à cō las voces, como de truenos, que son voces de Dios ayrado. Y herirlos à con saetas de rayos, como carbonēs ardiendo.

16. Apparuerunt fontes aquarum, & reuellata sunt fundamenta orbis terræ ab increpatione tua Dñe, ab inspiratione spiritus iræ tuæ. *Quasi dicat, cō vn bufido que diste se secaró los arroyos de trabajos, q̄ me ahogauā. Y se*
P 5 abrio

abrio la tierra, para q̄ salieffe el
 q̄ estaua sumido en el abismo.
 Vel quemadmodū vehementius ventis
 lavei torrentū apparent, & ima flumi
 nū voragines, qua fundamenta dicun
 tur, orbis reteguntur, sic præ ira Dei
 detecta sunt ima hostium consilia, &
 profunda machinationes quibus eorū
 bella nitentur.

17. Misit de summo, & accepit
 me, & asūpsit me de aquis mul
 tis. 18. Eripuit me de inimicis
 meis fortissimis, & ab his qui
 oderūt me, quia cōfortati super
 me. 19. Præuenerūt me in die af
 flictionis meæ, & Dñs factus est
 protector meus. *Descripsit iam*
primū, Dei erga se mun⁹ adjutoris nūc

acce-

accedit ad 2. scilicet protectoris deffen
 detisq; ab imminētibus malis, quod vl
 tima verba indicant. in protegēre verō,
 & Belli patrono requiruntur. tria. 1.
 vt se omnib⁹ patronū ostēdat, vt nullus
 clienti nocere, vereatur ob hoc dicitur
 misit de summo scilicet cælo. i. vt Basil.
 psuasit oib⁹. quod auxiliū mihi cælitus
 supeditauerit. 2. astutia, ac potētia tāta
 vt dū aliū à lesione liberat ipse nō le
 datur ob hoc dicitur accepisse, & asūm
 psisse ab aquis multis. Para librar à
 vno q̄ se est à ahogādo es menef
 ter fuerça y maña, para q̄ no cai
 ga é el peligro por librar à otro
 da el, sic Deus optimus est p̄tector ab
 aquis, idest, tribulationū, vt Isa. 7. addu
 cet De⁹ sup eos aquas fluminis fortes, et

magnas

magnas, regem Assyriorū, & omnem gloriam eius, quia sapientia, viribusq; præstat, vt accipiat, & assumat, quim ipse tribulationis vnda ledatur.

Tertio optimus ille protector, qui nõ solum amissis jam telis liberet sed antequã mittantur, cõsilia ipsa disijciat, y haga q̃ le salgan mal todas sus preuenciones. ob hoc dicitur protector cum eripuerit Dauidem ab his qui preuenerunt Ug. Saul præuenit Dauid cum illum ad modum corona circumdedit propter, quod desperabant se posse euadere fuit tamẽ Saul cõpulsus insequutionẽ Dauidis dimittere, eo qd Philistiim se effuderat super terrã, vt habetur 1. Reg. 23. Itẽ Architophel dedit consilium Absaloni, vt preueniret

Dauidem

Dauidem antequam in munitum locum se reciperet, quod consilium optimum, & ab scriptura probatum Dei nutu fuit dissipatũ. vt habetur. 2. Reg. 17. Deniq; Siba filius Bœcri concitauit reuellionem contra Dauid, antequam redisset ad ciuitatẽ, & domum regiã postea vero caput fuit illi amputatũ de consilio mulieris sapientis Deo protegẽte Dauidem, vt habetur. 2. Reg. 20.

20. Et eduxit me in latitudinẽ Dñs, saluũ me fecit. Ecce tertium munus saluatoris scilicet, & liberatoris, etenim cum angustijs vndiq; teneretur, eductus est Rex in latitudinẽ, idest, bellis jam omnibus terminatis latitudinẽ cordis cõsequutus est, sacome de apreturas, y diome anchura de

de coraçon. vel in latitudine, id est in locum securum, no mas callejuc las, y peligros de ladrones, sino camino ancho real y seguro.

Quoniam voluit me.

21. Et retribuet mihi Dñs secū dum justitiā meā, & secundū pu ritatē manūū mearum retribuit mihi. 22. Quia custodiui vias Dñi nec impie gessi à Deo meo.

23. Quoniā omnia iudicia eius incōspectu meo, & justitias eius non repuli à me. *Reddit rationem cur hac beneficia Deus in eum cōtulerit, primo ob eius amorē, quia voluit eū id est, quia gratū eum habuit, quisome. 2. quia bonus fuit ipse David, Deus illi retribuit, bonus, inquā, in proximos, in Deum,*

Deum, in se ipsam, in proximos justitiā seruādo, & suos cuiq; reddēdo. & secundū puritatē manūū nulli dānū injustē inferēdo. 1. Deū maxima fuit obediētia p̄cepta seruādo, qua via dicuntur, quia recta ducūt ad gloriā. 2. Cultu, ac reli gione nihil impie agēdo aduers⁹ Deū id est, pietatē semp debitūq; cultū exer cendo. ac deniq; timore, ac reuerētia de bita illū p̄sequendo dū iudicia, & justitias ei⁹ semp sibi ante oculos p̄ponebat.

24. Et ero immaculatus cū eo, & obseruabo me ab iniquitate mea. 25. Et retribuet mihi Dñs secundū justitiā meā, & secundū puritatem manuum mearū in conspectu oculorum eius. *Potest sic exponi, quasi dicat, David*

non solum Deum illi retribuiffe opera facta, & iustitiã habitam sed propositum volũtatis immaculatè vivendi, & observandi se ab omni peccato, sic enim alij legunt de praterito, retribuebat, es Dios tan buen pagador, que lo que tengo de hazer me lo tiene ya pagado, y no solo la obra, q̄ està en mis manos, sed quæ solum sunt inconspectu oculorum eius futura, me la tiene ya galardonada.

26. Cum sancto sanctus eris, & cū viro innocēti, innocēs eris.

27. Cum electo electus eris, & cū peruerso peruerteris. Licet aliqui inter quos Aug. exponant sic Deũ alicui apparere, qualis ipse est, iustus Deum iustũ iudicat impius injustum, y ha-

y habla de Dios cada vno, como quien es. Contextui tamen videtur cõformius hic reddi supra dicta retributionis causam, quasi dicat, Deum id circo Davidi, hæc beneficia contulisse juxta satis notum illius ingenium, qui cum sancto sanctus est, &c. Sic Athanas. & Theod quia ad bonas, vel malas hominũ voluntates tu o Domine remunerationes accommodas. & nota quatuor nomina hic esse sanctus. innocens; electus, & peruersus, iuxta quatuor hominũ conditiones, sunt enim alij erga Deum liberales, qui in rebus ex præcepto non debitis Deo morem gerũt, qui dicuntur sancti tum quia maxima est perfectio, tum, quia sanctus liberalem seu beneficium significat, sic enim hic

Q legic

legit *Ut ablus cū liberali liberalis eris* id est, nō solum cōmuni providētia, qua tuos tueri, quia promissisti, teneris, sed precipuo quodam modo tueberis. secundo, sunt alij qui liberalitatē hanc non habent, & perfectionem in Deum, sunt tamen innocentes nulli inferentes injuriam, cum his Deus, & innocens erit, id est, nihil exercebit injustum, neque eos pœna aliqua afficiet. tertio, sunt quidam electi ac probati, id est, fortes, ac robusti gente escogida, y animosa, electus enim in originali significat etiam juvenem, quod sit electus ad omnē rem, ad omne opus, & bel lū, potius quā senes, vnde 2. Re. 6. n. 1. ubi dicitur, & congregavit David omnē juvenē, propriē in originali omnem electum, & Ezech. 9. n. 6. senem vir-

ginem, & juvenem propriē electum, & psal. 148. n. 12. Ergo cum electo, id est, con el q̄ tiene brio, y aliēto para feruirte, electus eris, te mostraràs gallardo y brioso para hōrarle.

Quarto alij è contraxio tortuosi sunt pravi, ac perversi Deum offendentes, hominibus tendentes insidias cum his De⁹ pervertetur iuxta id Levit. 16. Si ambulaveritis aduersus me ambulabo aduersus vos. si anduieredes. a malas comigo, andare a malas cōvosotros. Et nota primo perverti hic esse à radice Pathal. id est, luctari perversē, id est, hazer çancadillas. Hinc Deuter. 32. dicitur generatio peruersa, id est, cō mil rétartalillas, & 2. Re. 22. n. 27. ubi hac verba habetur

in originali transponi, & subverti litteras, ut cū deberet scribi Thip Satal, legitur Nitaphal. quasi diceret latinè aduersus peruersum perveretris, ut in ipsa litterarum peruersione hominū de quibus agitur peruersitas adūbretur. Con los que no hablan claro, habla Dios trastabillado.

Nota secundo, nō dici peruersus eris cum antea dictum esset sanctus eris, electus eris, innocens eris. sed peruertetris, ut indicetur, que le nace de su condicion, y natural à Dios, el andar bien cō los buenos: pero el andar amalas, los hombres lo hazen, y lo caufan.

28. Quoniam tu populū humilem saluū facies, & oculos superbiorum

borū humiliabis. 29. Tu illuminas lucernā meā Dñe Deus meus, illumina tenebras meas.

30. Quoniam inte eripiar à tētatione, & in Deo meo trāsgrediar murum. *Accedit ad quartam partem Psal. in qua actus spei, & charitatis ellicit, quas duas virtutes initio Psalmi proposuerat tāquam fructum ex varijs bellorum euentibus collectū. Incipitq; ab spe, & populo, hostibus, & sibi digna sperat conferenda. populo quod saluus fiat ab hostibus, quia humilis est: hostibus quod humiliādi sint, quod superbi sunt. sibi quod illumināndum sit, siuè per latitiam cor, siuè per scientiā mens, siuè per prospicitē miseria. idq; fiet dñi semper experiatur duo*

Dei erga se dicta munera, liberatoris eripientis à tēratione, & adjutoris, quomoxius transgrediatur murum, scilicet difficultatum, siue in expugnando, si in conseruādo regno, quae Deo adiuuā de facillimē possunt superari. Et nota spei certissima affectus j̄i enim sperat, quasi futura certo praedicens, saluum faciet, jam sperat, quasi optata possidens, tu illuminas jam ardentem petit Deus illumina, &c.

31. Deus meus impolluta via eius elloquia Dñi igne examinata protector est omniū sperantium in se. 32. Quoniam quis Deus praeter Dominū, aut quis Deus, praeter Deum meum? Ecce secundum, actū excharitate ortum
inqua

inqua ex duarū rerū cōsideratione Regis aīus inflāmatur. 1. Dei in se. 2. Dei erga nos in se quidē quia summē bonū & perfectus est, via namq̄ eius impolluta, id est, sin q̄ nādie pueda poner mācha, ni nota ē su modo d̄proceder, l. quia vitā agit ōni labē carēre. Erga nos, 1. quia verax est dñi eius promissa veluti purgata ab omni fece dolū sunt, iuxta dicta. Psal. 11. eloquia Dñi eloquia casta, &c. secundō, quia innumera beneficia in nos confert, siue dum justē judicat, siue dñi misericorditer tribuit. Quis enim siue, ut iudex sit justēq̄ judicet, siue, ut refugium sit, & patronus hominum, Deus alius fingi potest praeter Deum omnium? sic enim Voces duae ponuntur quarum altera in

*originali Eloah, id est, Iudex altissima
Thsur, petra, vel formator. petra, vel
formata, quasi dicat, quis Deus præter
iudicem, aut quis Deus præter petram
misericordie seu formatorẽ nostrum.
ni para poderoso luez, ni para
amoroso Padre, ay otro Dios, co
mo el nuestro. omniaq̄ beneficia
reducit ad illa tria supradicta erga ip-
sum Davidem præstita.*

33. Deus qui præcinxit me vir-
tute, & posuit immaculatũ vitã
meam. 34. Qui perfecit pedes
meos tanquã Cervorũ, & super
excelsa statuẽs me. *Ecce tria mune-
ra adjutoris, protectoris, & liberato-
ris præstita Davidi, dum virtute præ-
cingit. parum nãq; est gladio cingi, nisi
intus*

*intus fortitudine cingatur, ac robo-
retur animus, quod solus potest præstare
Deus: que importa ceñir e spada
si Dios no ceñe el animo de for-
taleza. Secundo, protectoris ponentis
viam immaculatam, id est, librò mi
jornada de derramamiento de
sangre. Tertio, liberatoris, pedes tan-
quam Cervorum perficientis, id est, cele-
res reddentis, ut pericula effugeret, ut
sicut Cervus à canibus, insequens tandẽ
in excelsa positus, quò nequeant perve-
nire canes ab eorum dentibus libera-
tur, sic in excelsa divinæ protectionis
petra collocatus omnium hostium ma-
nus effugit.*

35. Qui docet manus meas ad
præliũ, & posuisti, ut arcũ æreũ

Qs bra-

brachia mea. 36. Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me. *Iterum eadem tria verbis alijs repetit est enim grati animi semper accepta beneficia in ore habere. primò, adjutoris, etenim manus Davidis reddidit, tum fortes, maña y fuerça, para jugar las armas, braços de azero incansables, quod Deus solum adjutor prestare potest. secundò, protectoris dedit nãq; protectionē salutis suæ. terciò, liberatoris quia dextera sua suscepit eum, id est, sua potētia à malis eripuit.*

37. Disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit. *Prima pars numeri non habetur in psalterio Romano, neq;*

in He-

in Hebræo habetur, tamen apud 70. & sufficit. nunc reddit ad actus spei mirabili quodã ordine præterita cū futuris cõtensexens, quæ enim præstitit præstanda semper sperat. Etenim si hætenus diuina institutio docuit deinceps docebit correxit, inquit, quasi dicat, si hasta aq̃ui me à enseñado, como à niño cõcorreccion, y castigo, ya me enseñara, como à hombre. Et nota vbi nos legimus disciplina tua correxit (Chaldaycè esse in verbo tuo magnificasti me, quia à Deo corrigi, magnificari est, vel quia magno, & excellenti modo corrigit. Hebraicè verò legitur, mansuetudo Apostolum me fecit, vn manso correxit hasta hazer

aun

āun hombre Sancto. *Eusebius* verò, & *Simachus* legunt, & *obedientia mea augebit me, Aquila māsueto do mea multiplicabit me, quia si diuinam correctionem māsueto do nostra, & obedientia cōmittetur ingens erit a multiplicatio & augmentum virtutis.*

38. Dilatasti gresus meos sub-
tus me, & nō sunt infirmata ve-
stigia mea. 39. Persequar ini-
micos meos, & comprehēdam,
& nō cōuertar donec deffeciāt.

40. Confringā illos nec pote-
runt stare, & cadēt subtus pedes
meos. *Huc vsq; me infatigabilem re-
didit, nam quantumuis currerem non
arētabantur gresus mei sed dilatati.*
Siempre el paso largo, q̄ denota
fuerça

fuerça y brio. *neq; defatigatione iti-
neris quantumuis molesti, ac logi lapsa
sunt crura. Deinceps ergo non defficiā,
neq; desinam fugientes persequi quoad
comprehendam, neq; in mea castra re-
uertar donec ipsi fuerint extincti. ē
contra hostibus vires deficient confrin-
gentur, nec pedibus stare poterunt ad
meos pedes prouoluti, desmayados,
y hechos pedaços, no se podran
tener en pie cayran rendidos à
los mios.*

41. Et præcinxisti me virtute ad
bellum supplantasti insurgētes
in me subtus me. 42. Et inimi-
cos meos dedisti dorsum, & o-
diētes me disperdidisti. 43. Cla-
mauerunt neq; erat qui saluos
face-

faceret ad Dominum, neq; exau-
diuit eos. *Cum erga Davidem adju-
tor, protector fuerit Deus, ac libera-
tor neutrum fuit erga hostes, non ad-
jutor sed potius destructor eos supplā-
tando, id est, virtute pariter, ac viribus
in terram deiiciendo. nam utrumq; pe-
titur ad supplantationē. Non protec-
tor, quim potius eos in fugam dedisti,
& disperdidisti, id est, no solo los
hiziste huyr, sino lo que acon-
tece quādo muchos huyē, cada
vno se desperdicia por su par-
te, ne in vnum coeuntes locum, bellum
redintegrare possent. Non liberator
cum neque per te ipsum miraculosē,
nec per alios liberari permisseris. etc.*
nim.

*nim clamebant ad homines, qui cum
exaudirent saluare non poterant cla-
mabant ad Dominum, qui cum salua-
re posset non exaudiebat, id est, surdas
præbebat aures. Hebraycè non res-
pondebat, eis Chaldaycè, non erat
eis redemptor.*

44. *Comminuam eos, vt pul-
uerem ante faciem venti, vt lu-
tum platearum delebo eos.*

45. *Eripies me de cōtradictio-
nibus populi constitues me in
caput gentium. Optimè om-
nes ferē Ecclesiæ patres, & curiosi
etiam interpretes hæc verba de Christo
Domino, sub Davidis persona dicta
fuisse docent, qui postquam David
ereptus*

ereptus est de contradictionibus Hebraici populi constitutus est in caput Gentium. Occasio vero transitus, à persona propria Davidis ad Christum magna fuit. Etenim cum Propheta suos hostes dixisset fugatos per ditos, & non exauditos eius mens opportunè in Iudaorū rapitur considerationem, qui à Patria exulantes per nationes dispersi clamāt & non exaudiuntur, apud Deum & homines male accepti. ait ergo Christus in persona Davidis, se Iudaeos ventilaturum, ut pulverem, & cōculaturum, ut lutum placearum: como poluo feran e spatzidos por el mundo, y como iodo de plaças, viuiran pisados de todas las naciones.

Christus

Christus vero ab eorum ereptus seditionibus caput gentium constituitur, ut Osea. i. Cum de Iudaorum expulsiōne actum esset de gentiū populo spiritali Israel, & vero semine Abrahæ dicitur, & congregabuntur filij Iudà, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput unū, id est, Christum. Et nota ab Osea dici Christum constitutum caput à gentibus à Davide vero dici constitutum ab ipso Deo quia ad hoc mirabile gestum, & conversionem, tū Dei super abundans gratia, tum libera & spontanea hominū voluntas concurrerunt.

46. Populus quem non cognoui seruiuit mihi in auditu auris obediuit mihi.

R

47. Filij alieni

alieni mētiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Si transitū nolis concedere interpretāda erūt verba de rebellionē populi Israelitici, & subactione Moabitaram, Philistaeorum, Siroorum, Mesopotamiorum, quibus delētis, princeps gentium constitutus est David. Si vero ad Christum adhuc refferas, gētilis populus dicitur nō cognitus a Deo, quia ipse non erat ab eis cognitus, y desconoce Dios à quien no le conoce, de cognitione aprobacionis est sermo, de qua dicit Christus, nescio vos, vel non cognitus à Christo, quia inter gentiles nō habitabit in terris. Dicitur seruire, & inauditū auris obedire, id est, puntualmēte no

te, no tardan mas en obedecer, que lo que tardan en oyr, vel, cō obediencia ciega, non videntes, nō examinantes, sed in auditu auris obedientes. E contra vero Iudaei qui filij dicuntur alieni. ingenitio, id est, filij Diaboli, filij Belial, generatio adultera. primo, mentiri fuerunt, id est, fidē datam negarunt, & quemadmodum mentiri dicitur opus oliuae, id est, no llegar a fructo la esperança del esquilmo, sic mentiti sunt Iudaei, quis enim nō expectaret aduentū Messie expectati, vberrimos fructus alaturū Populo Iudayo. Unde 2. Reg. 22. dicitur, filij alieni resistēt mihi, quasi dicat, los estraños me obedecen al punto, y estos hijos del diablo

diablo me resisten. *Secundo, dicuntur inueterati, enuegecidos en sus maldades, ya sin remedio, como enfermos viejos, idem est defluxerunt, conciderunt, quia senescentes in malo absq̄ remedio perierunt. Tertio, dicuntur claudicasse à semitis, id est, in varias factiones fuisse divisos, quemadmodum qui claudicant pedes inter se non conveniunt, neq̄ eodem tendunt. Et nota. 2. Reg. 22. dicitur contrahetur in angustijs, siue quia qui factiose claudicant regiam deserentes viam necessario ad semittas, & diverticula angusta rediguntur seu contrahuntur. Et nota quod in hoc psalmo dicitur claudicare à semitis Dei, & 2. Reg. contrahi in angustias, id est, apartan*

tanse de las sendas estrechas de Dios pareciendoles, q̄ es camino angosto para sus flacos pies, y huyendo sendas cayran en angosturas mayores.

48. Vidit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ. 49. Qui das vindictas mihi, & subdis populos subime liberator meus de inimicis meis iracundis. *Reddit David ad actum amoris ex quo oritur affectus benedictionis, & gratiarum actionis, viuame tal Rey, bendito sea tal Dios, honrado sea Dios, que tanto bien me á hecho, qui adiutor est, dando mihi vindictas, id est, virtutē, ac robur, ut ulciscar, vel melius*

quia ego nō vindictam summo, ille mihi vindictas dat, et me haze vēgado de mis enemigos, & liberator est ab hostibus ira percitis.

50. Et ab insurgentibus in me exaltabis me à viro iniquo eripies me. Iterū reddit ad actum spei sperat enim Deo ad jutore exaltari, id est, victoriam, & honorem consequi ab insurgentibus in eum, de los q̄ se leuantan, y rebelan cōtra el, & Deo liberatore eripi à viro quouis iniquo.

51. Propterea confitebor tibi in nationibus, & nomini tuo Psalmū dicam. 52. Magnificās salutes regis eius, & ficiens misericordiā Christo suo David, & semini eius vsq; in seculum.

Clau-

Clauditur psalmus excellentissimo quodam actu charitatis, quo os ad confitēdū in nationibus, etiā exteris, & mentē ad edendos psalmos, Dei nomini offert. at quod nomē? eius qui magnificē auget protegit, & liberat, salutem plurimam regis ab eo electi, & misericordiam omnē præstat, adjuans, protegens, ac liberans Davidem, quem vixit regali oleo, non solum autem illum sed semen eius vsq; in sempiternum. est certē grati animi ingenium post benefica accepta, & sublatum periculum illud coram omnibus refferre, & celebrare sic Psal. 29. conuertisti plāctum meum in gaudium mihi, condisti sacrum meū, & circumdedisti me lætitia, vt cātem tibi

R 4

gloria

gloria mea Dñe Deus in æternum confitebor tibi. *Et cōtra in grati animi est, post periculum, liberatoris obliuisci Psalm. 77.* generatio praua, & exasperans, quæ nō direxit cor suum, ne sabe andar a derechas, obliti sunt benefactorum eius, & mirabilia eius quæ ostendit eis.

P S A L M. XVIII.

Artificium.

DICEREM Iansenio cū Dauidē in præsentī agere de duplici ratione cognoscē si Deum nimirum per naturæ, & diuinæ legis instructionem. dicerem cum Caiet. hic Theologiam naturalem, ac reuellatam comparari, Adderem cum Montano Psalmi argumentum complecti summam legum

legū, naturalis, scriptæ, & gratiæ. Sed quia non placidē decurrit sensus neque hac ratione scio filum aptē contexere alia nobis erit ineunda. Diceremque lubētius cum Græcorum Latinorumque patrum expositione hic Apollolicam prædicationem contineri, quod & Paulus videtur ad ad Rom. 10. docere, diceremque *calorum*, nomine Christianā Ecclesiā significari iuxta psal. 8. & solis nomine Christum iuxta Isai. 9. 42. & 49. & 60. & Apocal. 21. Luc. 8. Ioan. 1. 8. & 9. nomine vero *legis*, legē ipsam gratiæ cuius proprietates explicatur & ex his, quæ in se ipso Dauid experitur confirmari videtur. sed nihilominus spiritualem potius quam literalem sensum videtur hac expositio asserere.

Quare existimo in hoc Psalmo contineri altissimæ Theologiæ materiam, ac diuinæ cognitionis viam, quæ quinque partibus constat. primo, enim in Dei, & eius attributorū cognitionem, de venire possumus ex rerum creaturarum intelligentia, inter quas principatum tenet sol tanquā diuinarū perfectionū speculum, & de hac cognitione agitur. à numer. 1. vsque ad 8. secunda notitia ex naturali lege omnibus

indita, qua certo scimus fugiendum malū,
 amplectendum bonum nulli nocendum,
 & hæc cognitio in num. 8. continetur.
 Tertia notitia est supernaturalis ex lege
 scripta, & reuellata circa diuina supplicia,
 & præmia, quæ hominē post hanc vitam
 manent, quæ nu. 9. & parte decimi con-
 tinerur. Quarta notitia est jam supe-
 rioris objecti, qua misteria legis gratiæ, &
 Dei hominis innotescunt. de qua nu. 11.
 & 12. agitur. quinta denique notitia est
 experimentalis, & propria cuiusq; homi-
 nis erepti à peccato, qua scit peccati acer-
 bitatē, ex stimulis quibus agitabatur, Dei
 misericordiam in condonando, dum ab illo
 eripitur, & hæc a num. 13. vsque ad vlti-
 mum continetur.

2. *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera ma-
 num eius annuntiat firmamentum.* Ecce pri-
 mam noticiā ab externis creaturis, & quia
 per omnia vagari esset infinitum incipit
 à notioribus, & præcipuis, scilicet cælis,
 qui enarrant (enarrant inquā sicut imago
 enarrat pictoris manum, siuè, vt eadem
 imago, enarrat Prototipi pulchritudinē.
 gloriam, id est, ipsum Deum, vt Hispanè,
Ja Magestad, id est, el Rey, vel vniuersa
 attribui-

attributa, quæ gloria sunt, & perfectio
 Dei. firmamentum, id est, expansio celo-
 rum. *Essa gran capa del Cielo*, te opera ma-
 num eius esse annunciat, *dize bien que ma-
 no hizo tan prima obra*, in singulari esum
 legendū Hebræa & Græca dictio docent,
 & Lyndanus ex Arnobio, & Hieronymo
 colligit. estque Cælum autonomati è
 opus Dei, vt Ecclesi. 43. sed dicitur per
 excellentiā vas admirabile opus excelsi.

3. *Dies diei eructat verbum, & vox nocti
 indicat scientiam.* De hac prima noticia, pri-
 mo dicit quam maxima sit in diesque cres-
 cat: *porque cada dia se sabe mas, y vn dia va en-
 señando à otro, y vna noche à otra*, quia sin-
 gulis diebus noui prodeunt diuinæ virtu-
 tis effuctus. *Dies diei dicitur eructare, porque
 oy se parece à ayer, y lo que agora es trae olor, y
 vn tifo de lo passado, quid enim est id quod eructat
 quod fuit* teste Salomone. Fauetq; phrasim
 esse scripturæ *dies diei eructat*, id est, dies
 de die, & nox de nocte dat testimoniū infa-
 libile, quod scilicet id erit cras, quod est ho-
 die, vel si vox verbū sumatur pro verbo Dei
 & vox scientiā, pro sciētia Dei, sentus est,
corre la palabra de yndia à otro, quasi dies diei
 dicat, *cō abinco, y cō affecto hola Dios mūda que
 venga-*

vengays. in quo Dei supremū dominiū, & creaturarū indicatur obedientia, & nox nocti indicat scientiam Dei, id est, q̄ *aunque sea de noche, Dios vee lo q̄ en las tinieblas pasa.*

4. *Non sunt loquela neque sermones quorum non audiantur voces eorum.*

5. *In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines terra verba eorum.* Secundò. Hæc notitia dicitur latissime patere. Quasi dicat, non sunt hæc verba, vt aliquorum adeò summissè loquentium, quorum voces nō audiuntur. *No son estas voces de naturalcza de las que no se oyen, vbiunque enim cœli videntur eorum voces audiuntur, eorum namque sonitus, & verba nil aliud sunt quam mirabilis illa armonia, & concentus qui omnibus patet. ideò Hæbraycè legitur. In omnem terram exiit canon, regula, vel adamusis eorum, quasi diceret, las palabras en voz baxa. son las que se dizen con la boca: pero las que con las obras, y que el hablar es obrar, no se pueden dexar de oyr.* Et nota Dei erga homines amorem sicut enim cū decernit Deus aliquem excæcatum punire, cum illo agit obscuriūs, vt videns non videat, & intelligens non intelligat, vt patet Matth. 3. num. 13. Sic cum vult cæcum illuminari

illuminare loquitur exemplis, quæ sunt penetrabiliores voces omni sono, vt patet Ezech. 12. & alibi, sic quo melius ab omnibus cognoscatur voce cœlorum vtitur omnibus notissima. Licet quemadmodum pharisæi Ioannem, id est, Christi vocem, vt Christum venerantes summebant vocem, & reiciebant, quod loquebatur. sic Ethnici cœlos loquentes adorarunt, & Deū qui loquebantur non cognouerunt.

6. *In sole possuit tabernaculum suum.* Et quoniam inter ea, quæ in cœlis continentur principatum tenet Sol ipsi primas in Dei gloria enarranda concedit in sole poni tabernaculum nihil aliud est quam soli datum esse tabernaculū, vt bene Euthimius sicut Ecclesi. 6. *omnis labor hominis in ore eius.* id est, quanto se trabaja es para vna boca, sic para el sol es el tabernaculo, cuius nomine intelligo, vel cathedrè Magistri, vel solium regis iuxta tabernaculi vim in scriptura, quasi dicat, *que entre toda esta vozeria de criaturas el principe, y Cathedratico es el sol, que mas declara de Dios.* vbi nos legitur Iudicum. 5. *Label benedicatur in tabernaculo suo* Chaldeyce habetur. *In Scolarum domibus benedicatur,* quasi dicat, in huius mulieris

mulieris laudem, & edantur poemata
fiant orationes, &c. & quod Genet. 25. n.
27. dicitur de Jacob. quod habitabat in
tabernaculis Chaldaycè legitur in domo
doctrinæ habitans, quasi diceret, *que est
estudiantico*, ergo in sole tabernaculum Dei
esse, erit, *que en el sol es la mejor escuela, don-
de mas bien se enseña de Dios*, quia in eo di-
uinæ proprietates elucent.

Et ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo.
7. Exultant, ut gigas ad currendã viã à sum-
mo cœlo egresso eius. 8. Et occursum eius vsq; ad
summũ eius, neq; est qui se abscondat à calore eius.
Ecce, quæ in solis schola de Deo docetur
symbolicè. primò, Dei amor fœcundus, sicut
sponsus, sic. n. sol calore suo terrã fœcundat.
2. Dei pulchritudo atq; diuinitas, sicut sponsus
procedens de thalamo, vestibulis scilicet, precio-
sis gemmisq; cõspicuis. 3. Providentia in
hæc inferiora, in qua requiruntur tria, quod
suauiter, quod fortiter, quod omnia cõpo-
nãtur ideo dicitur. 1. exultare. 2. gigas esse
3. currere viam, omniaque per agrare cir-
culumq; cõficere. 4. deniq; diuina iustitia
sicut enim sol idem cũ sit, quosdam calore
suo torret quosdã eodem fouet, sic eadem
diuina iustitia in diuersis, diuersa operatur
alij

alij enim ob Dei iustitiã, iustè damnantur,
alij coronã accipiunt iustitiæ nullusq; al-
tero diuino, diuinæ iustitiæ effectu care-
bit sicut nullus a solis calore se abscon-
det. Si vero per calorẽ misericordiam in-
telligas, non est, qui se abscondat ab ea. nã
in cœlo vitra condignũ præmiatur beatus,
in inferno citra cõdignũ punitur dånatus,
& in via maiora quã promittuntur bona, &
minora quã meretur mala accipit viator.

9. *Lex Dñi immaculata cõvertens animas testi-
moniũ Dñi fidele sapientiam præstans paruulis.*
Ecce 2. notitiã, quã lex naturalis hõibus à
natura indita gignit. Hæc sapientiã præstat
paruulis, id est, ut Hebraycè imperitis, vel
inipiëtibus, à *los q̄ poco sabẽ, qualquer niño es
capaz de lo q̄ enseña la ley natural*, ideo Prou. 1.
Clamitat, vsq; quo parvuli, &c. & alibi, *appro-
pinqvate ad me indocti*, de hac lege noticiam
hæc producere dicuntur, quatuor, à quo sit,
quid sit, qualis sit hõibus bonis, vel malis.
1. qd lex Dñi sit, quia ab ipso auctore natu-
rę ipsa lex naturæ dimanat, est. n. lumẽ vul-
t^o Dei signatũ sup nos. 2. quod sit in se im-
maculata, 1. perfecta nil mali neq; legi scri-
ptæ cõtrariũ dictas, nõ vincit a ob honorẽ
nõ diuitias tueri, vt depravati putat docet
Tertium

Tertium, & conuertit animas, tum quia ea solum obseruata sufficeret ad homines à mille peccatis, & erroribus reuocandos, vel, sicut est in Hebræo, *tranquilans animos, buelue los alegres*, iuxta modum loquendi Psal. 34. u. 21. restitue animam meam à malignitate eorum, quia lex obseruata mentem tranquilat. Quarta testamentū dicitur Domini fidele quia scilicet eam seruantibus legem naturæ Deus erit fidelis, qui non patietur eos damnari sed in super naturalem cognitionem fidei deuenire.

9. *Iustitia Domini recta lætificantes corda præceptum Domini lucidum illuminans oculos.*

10. *Timor Domini Sanctus permanens in seculum seculi.* Ecce tertiam notitiam ortam ex lege reuollata à Deo, quæ lucida est illuminatque oculos docendo, dicitur præceptū, quod videtur à lege distingui, quod peculiare est alicuius gentis, & congregationis non enim omnes homines legi scriptæ subiecti fuerunt, siue, quia vniuersa, quæ in lege scripta continentur, ad tria possunt capita reuocari, ad aliquarum rerum executionem ideo dicitur hæc lex præceptum, quia aliqua præcipiebatur faciēda ad cognitionē diuinorū præmiorum quibus

quibus justè remunerantur iusti, idèò dicuntur iustitiæ rectæ, & lætificantes corda, ac deniq; ad cognitionē suppliciorum, quibus puniuntur transgressores, idèò dicitur hæc lex timor Domini Sanctus, Forte sermo est de timore filiali, qui idèò Hebraycè, *mundus*, apud Septuaginta, *Castus*, dicitur, quia nihil habet imperfectionis humanique respectus admixtum. & permanet in seculum seculi, quia neque perfecta charitas hic, neque in patria illum expellit.

11. *Indicia Domini vera justificata in semet ipsa, desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum, dulciora super mel, & fauam.*

12. *Etenim seruus tuus dilexit ea, incustodiendis illis retributio multa.* Ecce quartam notitiam, jam superioris ordinis de mysterijs, scilicet legis gratiæ, Dei hominis. Dicuntur mysteria hæc, ad legem gratiæ pertinēta iudicia, primò, quia per excellētiam sunt opus diuinæ iustitiæ, ac misericordiæ, vt patet ad Rom. 3. iustificati gratis per redemptionem Christi, quem proposuit Deus propitiationē ad ostensionē iustitiæ suæ, propter remissionem peccatorum. Dicuntur secundò, *vera*, quia certissimæ

tissimè fore prævidebat Propheta. Dicuntur terribè, iustificata in semet ipsa, siuè quia nō accipiunt sanctitatem, in ordine ad alium, vt res veteris testamenti, scilicet sacrificia, quæ sancta erant quatenus futurum sacrificium repræsentabant, siuè quia Hebraycè est, Ia, id est, ad vnum omnia, & Septuaginta, legunt Isto aphri. in idem, quia in eundem vnumque Christū omnia tendunt. Dicuntur denique desiderabilia super aurum, & dulciora super mel, & fauum, Hebraycè redundantem, vt notetur otiosissima esse, atq; dulcissima, ditissima quia continent Christi meritum infinitum prætium, dulcissima vero quia est lex gratiæ omnibus datæ abundanter per sacramèta & gloriæ iam patentis, & apertæ per Christi in cælos ingressum. Conclunt David se hæc diligere, quia huius legis desiderio antiqui omnes flagrabant. seque hanc legem custodire, quia D. Thom. auctore. 1. 2. q. 107. ar. 1. etiã ante aduentum Christi multi fuere Christiani, nimirum ij, qui acceperunt spiritum adoptionis, neque enim lex gratiæ tempore mensuratur sed spiritu. Denique ait retributionem maximam esse dum hæc

man;

mandata custodiuntur, siuè per interiorè mentis alacritatem, etiam in præsentì vita, siuè, vt Chaldaycè habetur, quia *seruauit ea propterea sic benè fuit Israeli*, vnde, *Colliges, que por la bondad del Rey, haze Dios merced á su pueblo.* Iterū, retributionè propriam vocari à David beneficia populo collata, & forte is est sensus Psalmi 118. *inclinavi cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum propter retributionem.* id est, vt benefacias Israeli.

13. *Delicta quis intelligit ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo.* Ecce quintam Dei notitiam, quæ peculiaris est cuius homini erepto à peccato, qua experitur. primum, quam amarū sit reliquisse Deum, ex diris cruciatibus quos patitur exagitata consciencia, *quien sabe lo que es peccados?* Ipse scilicet David, qui genus odæ composuit in scriptum, *intellectus*, id est, de intellectu, & concepto peccato, vt patet ex inscriptione Psalmi 31. quem David dicitur composuisse cum post patratum adulterium, & homicidiū corporis erudiretur egritudinibus. Petendo ab occultis mundari, declarat, vnde oriatur peccata, scilicet ab occultis pas-

S 2

sionibus

tionibus animique motibus, *enemigos en boscados ex el coracon, para saltar el alma en ballando occasion.* Et ab alienis, si masculinè sumatur à Tyrannis, id est, motibus, tyrannicè possidentibus animum, sive ab alienis neutre ab alienis à me, *sinie stros may agenos de vn hõbre como yo, tan preuenido de regalos del Cielo.* alienum certè à Dauide adulterium, vel ab alienis Hebraycè, ab arrogantijs, Chaldaycè, à temeritatibus, *defantafias tan agenas de hombre, que tanto tiene de que humillarse.*

14. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor a delicto maximo.

15. Et erunt, vt cõplaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei, incõspectu tuo semper.

16. Dñe adiutor meus, & redemptor meus.

Supra dicti experimentalis notitia habetur propter peccatum patratum altera vero acquiritur propter ipsum condonatū de Dei optimi, ac maximi bonitate in cõdonando, de interna animi dulcedine in gratiam possidendo. ait ergo. si passionū tyrannidem euasero, si earum manus effugero, id est, per figuram liptote, *si yo les venciere, y rindiere, echandolas de mi alma,* tunc immaculatus ero, id est, ab omni peccato

Eato liber, & mundo à delicto maximo, id est, à multis delictis per figuram Sinedoche, cumque fuero passionibus liber, Eloquia oris, & meditatio cordis placebunt Deo, id est, *tendre tal noticia, y conocimento de ti, que diga marauillas, y pueda parecer ante el mismo Dios,* non solum, quæ ore protulero jã limata, & cogitata, sed quæ intus cogitauero, & mecū metipse perperdero. Siuè græcè exaudies nō solū, quæ ore postulabo sed quæ postulare mecū metipse meditabor. Nō dicitur cõplacebunt eloquia, sed erūt, vt cõplaceant, siuè ad dicti certitudinè significandā, *sera a si, y no aura falta, q̄ agradaran à Dios mis razones.* Siuè, vt eloquiorum, & meditationis scopus, & finis indicetur. ad hoc enim erunt eloquia, vt placeāt Deo, quæ omnia oriūtur ex victoria a prauis cogitationibus reportata.

PSALM. XIX.

Artificium.

CONTINET hic Psalmus orationem non Davidis proximo, vt multi quodomodo enim proximo oraret qui
S 3 Christum

Christum Dei filium esse sciebat, ac si ser-
uus pro filio amantissimo apud Patrem
intercederet, sed populi pro suo principe
Dauidē innituro prælum. Itaque editus
est hic psalmus, vt à populo recitaretur
dum pro eo rex dimicaret. Diuiditur in
duas partes in prima à num. 1. vsque ad
6. preces fundit populus ad Deum cum
Dauidē loquens, & pro eo petens tria, in
secunda, à n. 6. vsque ad vltimum spei cer-
tissimæ actibus id quod optat iam quasi
futurum prædicit, iam verò quasi præteri-
tum narrat.

1. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis
protegat te nomen Dei Iacob.*

2. *Mittat tibi auxilium de Sancto, & de Syon
tueatur te.* Ecce primam partem, in qua
tria præcatur populus pro Dauidē in eū-
te prælum, quæ maxime conducunt ad
victoriam. primum, vt exaudiat Rex,
supponit namque regem, vt pote pium,
ac religiosum non solum bellare, sed etiã
orare; debet namque princeps non regni
precibus contentus suas etiã ad Deum
fundere preces. secundum, quia, vt vidi-
mus Psalm. 17. sicut duo optat pugnans
lædere, & nō lædi, sic duo maxime requi-
runtur

rūtur à Deo, vt protector sit, & adiutor
id circo secundò petit, protegat te nomē
Dei Iacob, id est, Deus inuocatus à Iacob,
cum erat in scala, inde ab eo protectus,
vna cum Deo prælietis cum hostibus. Eò-
dē spectat textus originalis eleuet te no-
men Dei Iacob, id est, sicut locus, editus
tutorem reddit bellantem sic in Deo
eleuatus, ô Rex, tutus sis ab hostibus.

Tertiò denique, vt mittat auxilium de
sancto, id est, de templo vbi erat arca, à
qua auxilium sperare solebat populus, sic
1. Reg. 4. cum fugeret Israel à facie Phi-
listiin consiliū inierunt, afferamus ad nos
arcam foederis, veniat in medium nostrū
vt saluet nos. Hæc duo auxilium scilicet,
& protectionem à Deo media arca præ-
stari Moyses inuit numerorum. 10. sine.
Cumq; eleuaretur arca, dicebat Moyses,
surge Domine, & dissipentur inimici tui-
cumque deponeretur aiebat reuertere
Domine ad multitudinē exercitus Israel,
vt scilicet protegas, & tuearis.

3. *Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustū
tuum pingue fiat.* Quoniam non dubitat Da-
uid hæc omnia consequenda, si vim suam
obtimeāt sacrificia, petit, vt Deus acceptet

sacrificium omne, siue incruentum, id est, oblationum, siue cruenti, id est, animalium & pingue fiat, id est, gratum sit, vt sunt grata sacrificia, quæ ex rebus pinguisimis fiunt, sic enim innumeris dicitur. *si pingua quæq; & præclara obtuleritis ex decimis reputabitur vobis quasi obtuleritis primitias.*

Notandum primò cōmune fuisse sacrificij loco quidquid ad manus fuerit Deo offerre, sufficiat ille locus, 4. Reg. 7. Cū omnes hausserunt aquam, & effuderunt eam in conspectu Domini, & jejunaerunt quasi dicerent, *no tenemos Señor à mano otro sacrificio mayor, para que nos ayudeys, y si como es vn poco de agua, fuera toda la sangre de los animales del mundo, la ofrecieramos en sacrificio,* memor sit ergo omnis sacrificij tui, id est, acceptet sacrificiū ex quacunq; re oblatū.

Secundò notandum hic delineari sacrificium Eucharistiæ, tū quia ibi propiæ est vt bene Genes. oblationis tuæ farinaceæ, & incruenti sacrificij tū quia cum antiqua sacrificia hoc adumbrarent ideo addit memor sit, quasi dicat, *quãdo le ofrecieres à Dios sacrificios, tenga el puesta la mira, y su memoria en aquel todo sacrificio, porq̃ equiuale à todos.* Sacrificiū nanq; vel oblatio Eucharistiæ
in

in scriptura dicitur bellum maximum in hostes, vt patet Isai. 30. vbi ad litterã agitur de victoria Christi à Iudæis, ac Ethnicis reportada sub cōparatione victoriæ ab Assyrijs cōparatæ. Erit (inquit) *trāsitus virgæ fundatus quæ requiescere faciet Dñs super eum in tympanis, & cytharis, & bellis præcipuis expugnabit eos, id est. No sera de passo el castigo y liuiana la mano, sino tambie assentado el golpe del palo, q̃ haga sulco, como si lo quisiesen echar por cimiento, para otros.* Et sicut Israelitæ eã victoriam ab Assyrijs reportarunt armis, & orationibus, & sacrificijs & bellis præcipuis, quæ vox vt benè Foreyrus significat agitari hostiã in sacrificiū, *el mene alla, leuan talla, y baxalla,* Exo. 29. 35. & n. 8. sic legitur ibi in bellis oblationū pugnabit cum eis, & alij bello agitationis in oblatione.

4. *Tribuat tibi secundum cor tuum, & omne consiliū tuum confirmet.* Quoniã populus ea omnia, quæ expedire possent ignorabat vnico verbo docet, quid petere debeant, *desseos de tu voluntad, y traças de tu ingenio todas te fulgan bien.* Et nota humana consilia infirma esse nisi à Deo confirmentur, id est, roborentur, id circo 4. Regum. 22. iussi sunt sacerdotes occidi, quia manus

eorum cum David erant, non alio certe modo, nisi quatenus ad sacerdotum preces Deus Davidis manus confirmabat, perstabant enim aduersarij, ijs manibus deficientibus, Davidis manus deffecturas. Id circo Isai. 22. Cum de irritis consilijs Populi circa protectionem vrbis actum esset, additur. *Non suspexistis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem eius de longe non vidistis*, quasi dicat, consilia infirma fuerunt quia non ea Deus confirmavit.

5. *Letabimur in salutari tuo, & in nomine Dei nostri magnificabimur.* Ecce secundam partem, in qua spei certissimæ actibus, quasi futurum prædicitur, quod optat præstari. Duos commemorat effectus in populum deriuandos, lætitiã, & dolorem. lætari in salutari est, lætari, vel de salute per regem allata ex bello, vt Iansen. vel de diuina deffensione ob quam salus est consequenda, vt melius Genebrar. Magnificari autem in nomine Domini, alij explicant, *vsanarse y gloriarse*, alij ex vi etiam originali, quasi vexillum erigere, & circum agere, *tremolar las vanderas*, vt cum regem aliquem acclamamus circumagendo vexillum, & clamando viuat Rex. Sed clarius

clarius magnificabimur in nomine Domini, id est, sicut propter Dei auxilium lætitiã sic etiam magnificentiam, & honorem apud nationes omnes consequemur. *Y nuestra vanderasera sobre todas las mas honrada.* significatq; honorem omnem diuino nomini esse tribuendum omnesque Dei nomen, & ab eo salutem partam decanturos, imo fortassis ideò David petit totius populi orationes, vt cum omnes exauditi fuerint vberior gratiarum actio Deo reddatur, sic enim Paulum. 2. ad Corinth. num. 11. *adiuantibus vobis* (inquit) *in oratione pro nobis, vt ex multarum personis facierum, eius, quæ in nobis est donationis per multos gratia agantur pro nobis.*

6. *Impleat Dominus omnes petitiones tuas.* Nunc cognoui quoniam saluum fecit Dominus Christum suum.

7. *Exaudiat illum de celo suo.* Sicut petitio adiuncta rei futuræ prædictioni denotauit certissimam spem, sic præcatio adiuncta rei præteritæ narrationi. cognoscere, id est, certissimo sibi persuadere testatur Deum Regem ab eo constitutum protecturum. *In potentatibus salus dextera eius.*

8. *Hi incurribus, & hi in aquis, nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus.* Reddit rationem populus certissimæ spei conceptæ, quia scilicet Dei adiutorium maximū est, tum in se, tum collatum cum aduersariorū potentia, in se quia salus conferenda Dauidi à summa est diuinæ dexteræ potētia, quasi dicat, salus dexteræ Dei non est vt cunque, sed velut in potentissimo quodā exercitu. vel indicetur Angelorum virtutes pro justis pagnare. 4. Reg. 6. tum respectu aduersariorū qui inuocant in equis & curribus, id est, copias & arma bellica iactant atque commemorant. nos autem inuocamus in nomine Domini, id est, commemoramus potentiam, & bonitatem diuinam, quasi dicat, *ellos al romper la batalla dicen, aqui de España, y su potentia, nosotros, aqui de Dios, y su misericordia.*

8. *Ipsi obligati sunt, & ceciderunt, nos autē surreximus, & erepti sumus.* Ex hac varia spe illorū incurribus, & equis, & omnium nostrum in Dei nomine Heu quam varij prodeunt effectus, ipsi enim suis met armis ceciderunt cum starent, nos alienis surreximus cum jaceremus, obligari enim impedimentum impedibus significat, *en sus*

sus mismas ayndas, y socorros se les trauaron los pies en sus cauallos, y carros se atropellan, y matan. nos verò non solum surreximus sed erecti sumus, id est, in salute confirmati, neq; enim est satis surgere, nisi confirmaris erectus, & quem Deus surgere facit perfectissime facit surgere.

Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die in qua inuocauerimus te. Cum Deum implorauerit populus initio nūc specialiter diuini verbi meminit, quia specialiter Dauidis Saluator, vt pote cuius erit & filius, sic Chaldæus verbū Dei redime nos. Dies in qua inuocauerint, vel dies belli, *quando diremos aqui de Dios, vel quoties preces istæ pro bello fuerint multiplicatæ.*

P S A L M. XX.

Artificium.

Q V A N V I S ad Christum multi appetent hunc Psalmum cui potissime cōuenit longitudo dierum, & benedictio gentium, quanuis Ecclesia ad Pontifices Sanctos eundē accōmodet, nullus dubitat da huc

adhuc agi de Dauide ad literam, quia Ec-
clesi. 43. vbi sermo est de eo fit alusio ad
n. 3. huius Psalmi, dicitur enim glorifica-
uit eum in benedictionibus Domini of-
ferendo illi coronam gloriæ. Siuè ergo
ipse Rex, siuè pro eo populus in hoc Psa-
lmo ostenditur quantam rex habet lætitiæ
fegetem, & causas spiritualis gaudij. Di-
uiditur in tres partes, in prima ostenditur,
in prima causa exultandi ob beneficia
collata regi, quæ ad duo captiua re-
uocantur à num. 1. vsque ad quintum, in
secunda ostenditur. secunda causa exul-
tandi ob beneficia, quæ certo sperat con-
ferenda eidem (neque enim minus certa
spes quæ secunda possessio exhilarat) quæ
ad quadruplex genus reuocantur, duplex
pertinet ad præsentem vitam, duplex ad
futuram, quod præstatur. à num. 5. vsque
ad 8. in tertia ostenditur. tertia causa læ-
tandi ex inimicorum vltione, quibus qua-
druplex malum prædictis bonis corres-
pondens continget, duplex in futuro, &
duplex in præsentem seculo.

1. Domine in virtute tua lætabitur rex, &
super salutare tuum exultabit vehementer. Ec-
ce scopum Psalmi, in virtute lætari, &
exulta-

exultare super salutare nihil aliud est quàm
media Dei virtute cœlestiq; protectatio-
ne, & fauore regem exultaturum, quasi
dicat. Siendo Dios seruido con su gracia, y fa-
uor se alegrara.

2. Desiderium cordis eius tribuisti volunta-
te labiorum non fraudasti eum.

3. Quoniam præuenisti eum in benedictioni-
bus dulcedinis possuisti in capite eius coronam
de lapide precioso.

4. Vitam petijt à te & tribuisti ei longitu-
dinem dierum in seculum seculi. Ecce primã
partem Psalmi, in qua ostenditur, primo,
cur debeat rex lætari vehemèter scilicet
ob beneficia collata, quæ tria sunt. primũ,
quod semper voti cõpos euaserit, & nun-
quã eius oratio irrita fuerit: *distele lo que
desseo, y nunca le engañó su oracion.* Fortè
dum voluntas labijs tribuitur indicatur
orationem ore prolatam cordis affectu
debere esse coniunctam. *Ve no solo lo que
de coraçon desseo; pero aun lo que parecia pe-
dir solo con los labios, lo que con poco, y con
mucho affecto te pidio todo se lo diste.* In quo
benefitio innumera clauduntur, sicut in
eo quod Christus commemorat Ioán. 11.
scio

Scio pater quod semper me audis. Secundum, quod non solum, quod corde optavit aut labijs protulit concessit, sed antequam quid tale cogitaret prævenerit eum, *previno su misericordia a su desseo, sin que le vuiesse passado por pensamiento, le hizo mil regalos y fauores,* cuius rei, vel vnicum testimonium pro omnibus sufficiat, fuit enim ad regiam dignitatem euectus nil minus cogitans. Sub nomine *corona de lapide precioso,* regnum intelligitur ditissimum, ut ex ijs cōstat quæ ad templi ædificationem reliquit Salomoni. Tertius, non solum, quæ vel optavit, vel petijt concessit, non solum antequam peteret prævenerit, sed cum exigua peribat his contentus, maxima donabat, quoties enim in mortis periculo constitutus vitæ petijt mortem evasit ille contentus. tu verò non solum vitam, sed vitam longissimam, & felicissimam tribuisti.

5. *Magna est gloria eius in salutari tuo gloria, & magnū decorem impones super eum.*

6. *Quoniā dabis eum in benedictionē in seculū seculi latificabis eum in gaudio cum vultu tuo.*

7. *Quoniam rex sperat in Domino, & in misericordia altissimi non commovebitur.*

Audisti

Audisti primam causam lætitiæ ob beneficia tanto amore collata, ecce secundā ob beneficia, maiora conferēda. Quatuor commemorat duo ad præsentem vitam pertinētia, quæ sunt honor & gloria apud homines, ser estimado y amado, tener dignidad y ser bien quisto, gloria enim, & magnus de cor imponetur super eum, honore, ac dignitate, dabiturque in benedictionem, id est, hazerle as tal, que todo el mundo le eche mil bendiciones, & ad hoc facit ille mulierum cantus s. Reg. 18. alia duo ad futurum pertinent statum primum summum gaudium. Id enim est lætificari in gaudio ex Dei clara vissime promans. secundo, quod eo bono, & felicissimo statu in æternum fruatur, quim vquam à semel adepto beneficio cōmoueat, cum rem gravissimam, & omnium beneficiorum maximam commemorasset erigit cor dicens, rex sperat in Deo, id est, así lo fio yo.

8. *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis dextera tua innemiat omnesque te oderrunt.*

9. *Pones eos, clibanum ignis in tempore vultus*

T **tus**

tus tui Dominus in irasua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

10. Fructum eorum de Terra perdes, & semen eorum a filijs hominum.

Ecce tertiam partem circa inimicorum ultionem quos in futura vita duo in presenti alia quo supplicia manent. Id enim est Dei manum inueniri ab inimicis, & Dei dexteram inuenire inimicos, nam et si communiter pro eodem sumatur, adhuc vulgatus indicat diuersum sensum in passiva, & actiua voce, manus significat supplicium vt Hispanè, vna buena mano, in hac vita inuenitur supplicium Dei non enim sic Deus punit nos, vt querat peccatores, ipsi sibi necent, sibi mortem acquirunt: ea el golpe pequeño, porque no descarga el sobre ellos, sino ellos topan con el, postea verò manus Dei inueniet, quia tunc Deus queret, & inueniet puniendos, y fera el golpe mas rezo, como quando huýe do vno descarga el golpe con mas fuerza, y como la justicia castiga, mas al que le ha costado mas diligencia en descubrirlo. Dixit manus inueniatur, & dextera inueniat, quia in futura vita supplicium erit, quasi

quasi manu dextera inflictum in presenti autem quasi sinistra sic enim Genebr. legit, sinistra tua, quia nomen generis reitringitur ad deteriozem partem, cum fit mentio de præstantiori, explicat ergo duo mala futuræ vitæ, primū est, quod ponuntur, vt clibanum ignis in tempore vultus Dei, id est, vt rubore suffusi. Hechos vna ascua de verguença, siue ira in Deum in se, & in suos scandescens, dixerat se vultu Dei iustificandum, quasi illi futura sit aura gratissima facies, quæ illis erit ignis quo vt clibanum accendantur. Dicitur iudicium tempus vultus Dei, siue quia tunc aparebit eius maiestas, & digna facies imperio, nunc, quodammodo delitescens, siue cum vultus in scriptura absolute positus frequentius iram, & indignationem significet, vt Psal. 33. Vultus autem Domini superficientes mala Hier. 1. neque time re te faciam vultum eorum, & Ezech. 2. ne timeas eos, & vultum eorum ne formides, tempus vultus eius erit cum se iratum ostenderit, siue cum vultus in scriptura etiam probenigno Dei affectu sumatur, vt Malach. 1. & nunc deprecamini vultum

Dei, sic cum Deus se benignum ostendet bonis, impij qui eos persecuti sunt pudore erubescunt, dicentes hi sunt quos aliquando, &c.

Secundum, supplicium futuræ vitæ erit in ipsa damnationis sententia, post iudicium, id est, æternum incendium, quia scilicet cum conturbati fuerint non poterunt effugere, quia ab igne deuorētur, in hac vita stant pedibus impij pœnitendoque diuinam possunt euadere ultionem sed tunc conturbati in æternum, vel præcipitati, vt Hebraicè dicitur, subiacebant supplicio incēdij Gehenæ, vt Chaldaice, duo verò mala, quæ illos in hac vita manent, sunt etiam bonis circa Dauidem cōmemoratis opposita scilicet, seran deshōrados, y mal quitos; pues Dios, y todo el mundo los echará por ay a ellos, y sus cosas; que no parezcan entre los hombres.

11. *Quoniam declinauerūt in te mala cogitauerunt consilia non quæ potuerunt stabilire.*

12. *Quoniam paves eos dorsum in reliquiis tuis preparabis vultum eorum.*

Concludit ultionem de inimicis sumendam æquissimam fore, & eorum dilectis correspondentem.

correspondentem. etenim cum duo fecerint, primum declinare mala in Deum, id est, bonos grauare, cum enim omnibus onus aliquod, sit baculandum, aliquisque labor sufferendus, ipsi declinabant mala in te, id est, in tuos, echauan toda la carga a los tuyos, supplicium ergo erit, vt ponantur dorsum, propriè humerum, id est, hazerles has poner el hombro a la carga, que queriá echar acuestas agenas. secundo, non solo factis sed etiam consilijs, & astutijs nocuerunt consilijs etiam, & quasi insidijs punientur. Tendras en boscada de algunos pocos, que abras preparado, para que quando fueren huyendo los cosas decara, itaque facta, & consilia instabilita, factis, & cōsilijs punientur. & nota mala dici in Deum declinari cum in suos declinantur, quia Deus cum iustis dicitur in scriptura Psalm. 60. Tribulari, cum ipso sum in tribulatione, & Sap. 10. descenditq; cum Ioseph. in foveam, & in vinculis non dereliquit cum, & Danielis 3. visus est cum tribus pueris in fornace ignis, quartus similis filio hominis, & in

Exodo Moyſi a parent interspinas, quasi indicans se etiam suorum doloribus pun- gi, & Isaia 34. seruire dicitur impeccatis populi, & laborare in iniquitatibus suis, id est, populo ab peccata sua seruiente, & apud Chaldaeos laborante Deum vna cum eo seruire, & laborare, & 2. Reg. 7. dicitur Deus redemptus ex Egypto vna cum gente Israelitica, ac deniq; in Actis dicitur Deum Paulus persequi, cum persequitur suos, & in praesenti impij dicuntur in Deum de- clinare mala, quae in suos declinant.

13. *Exaltare Domine in virtute tua cantabi- mus, & psalemus virtute tuas.* Tanti gaudij, siue ex collectorum beneficiorum comemo- ratione, siue ex futurorum spe fructus, non est propria exultatio, sed Dei, ideo ait exal- tare, tu qui potentiam tuam in his ostendis deincepsque non meas virtutes, quae nul- lae sunt a me sed tuas, id est, a te profectas cantabimus, & psalemus, & nota gaudio admixtos cantus promittit, qui exulta- tionem cordis maxime petunt Isa. 61. nu- me. 14. ecce serui mei laudabunt pro exul- tatione cordis, Hebraice ovabunt, de pu- ro gozo estaran triumphantes en las ala- banças

banças de Dios, & Psalm. 62. num. 7. sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea & labijs exultationis laudabit os meum, id est, non torpentibus non languentibus sed, quae Dei laudatione exultant, vnde in Psalmis exaltare, & exultare pro eo- dem vsurpatur. Psalm. 65. & Psalm. 50.

PSALM. XXI.

Artificium eiusdem.

ADEO certum est sermonem esse de Christo in hoc Psalmo (non iuxta spiritualem sed litteralem sensum) vt aliqua de alio quam de Christo interpretari sit contra fidem. non quoniam in aliquo Concilio Tolera- no, fuerit definitum, vt Iacobus Perez de Valencia vult, tale enim Decretum non inuenies, sed quoniam Vigibus Papa in Synodo Romana Viginta Episcoporum, quae extat in Bibliotheca Vaticana, & in Biblia Antonij Augustini Episcopi Tar-
T 4 raconen.

raconensis sub, anachemate damnauit Theodorum quédam Mosueliensem, qui illam partem Psalmi. *Diuiserunt sibi vestimenta mea. & Eoderunt manus meas.* solum de Dauide, & nō de Christo fuerat interpretatus. Vide Franciscum Turrianum, in explanationibus lib. 2. constitutionum Clementis Romani cap. 5.

Quod si aliquis diceret Vigilium tantum decernere hunc Psalmum ad litterā agere de Christo non vero statuere, non posse in sensu litterali de alio etiam interpretari, vt de populo israelicito incalamitate ab Aman excitata, constituto, iuxta aliquorum Rabbinoꝝ mentem, vt refert Lyra. qui ceruam matutinam in titulo positam Ælter reginam intelligebāt cuius celebri industria liberati fuerunt, vel de eodem populo inopessione Chaldaica à qua bonorum orationibus liberatum fuisse constat ex vltimo Ælteræ, & Danielis, vt Rabbi Salomon, si quidem multi possunt esse vnus loci sensus litterales. Quare Theodorus dicitur dānatus quando ita de Daniele exponebat, vt de Christo negaret non verò damnatus dicitur,

tur, qui de troque interpretaretur.

Sed certe si verba Vigilij perpendantur non solo damnatur, qui non de Christo, sed qui de alia re preter Christum Psalmi partem exponit, vnde bene Lyra de Christo ad litteram, de populo interpretatur spiritualiter. Tum ob hæc, tum quia ipse Rabbini ante Christum 400. annos. Vt refert Genebrardus, tum quia Paulus optimus Psalmorum interpretas ad Christū refert ad Hebræos 2. imo ipse Christus Crucifixus Matth. 29. Psalmi partem, sibi applicat. De Christo cum communi patrum expositione interpretabor.

Diuiditur Psalmus in duas partes in prima à num. 1. vsque ad 23. Christus inducitur cum æterno Patre loquens ipso passionis die. in secunda a numer. 24. vsque ad vltimum ipse Christus inducitur cum hominibus agens post resurrectionem.

Circa titulum Psalmi Septuaginta legunt pro susceptione matutina Hebræi, pro cerba auroræ, quæ varietas orta est ex fecunditate vocis (*Ayelet.*) quæ vtrumque sonat. Sensus verò idem est, pro susceptione matutina, id est, Psalmus in quo

à Deo postulatur, vt festinet adferendum auxilium. Facit pro hac expositione Numerus 20. *Ad defensionem meam festina.* Vt Hieronymus, siue Psalmus de ea susceptione matutina qua Ioannis 19. dicitur, *Susceperunt autem iudæi Iesum, & duxerunt, vt crucifigerent,* quia hic continetur quam male a Iudæis acceptus fuerit cū eorū manibus à Pilato traditus est, etenim cū Deus suscepisset Israel puerum suū, vt honoraret, ipse suscepit eum vt crucifigeret. Siue pro susceptione matutina, pro imploratione roboris, quod mane resurrectionis consequutus est Christus de qua Psal. 29. numer. 1. *Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me.* Eisdem modis interpretamur titulum pro cerva matutina, id est, pro imploratione diuini auxiliij.

Siue Psalmus intelligatur de Christo instar cervæ à canibus lacesito, siue pro cerva, id est, Christo in excelso loco confiruto, & manè resurrectionis à canibus libero.

1. *Deus, Deus meus respice in me quare dereliquisti?* *Longe à salute mea verba delictorū meorū.* Ecce 1. partē Psal. in qua Christus
in cru-

in cruce pendens patrem a loquitur, & ita secundū inferiorē partē querellas iactat. Vt secundū superiorē, sibi ipsi satisfaciat. & primo auget rationem querellæ repetitio illa, *Deus, Deus.* id est, Deus vniversalis, qui omnia, quæ creasti diligis. Sapient. 11. *Deus meus peculiaris, qui in me attributa peculiaritate ostendis, qui a me præcipuo honore coleris, quare me, me, inquam vnctum à te præconfortibus, me à te ab æterno genitum, & in tempore creatum, me per quem, & in quo cuncta diligis. Dereliquisti,* id est, quoad effectum ostēdis dereliquisse quare sic mecū agis quasi mei curam omiseris? Vel, con las fuerças cortas de la humana naturaleza, quereis que haga fuerça a tanta multitud de males, sin ayuda, y consuelo de las diuinas, para que mas lo sienta.

Cui humanitatis querellæ satisfacit ipse Christus, *longe à salute mea verba delictorum meorum.* quasi dicat, el proceso de los delictos, que he de pagar, ha puesto a Dios tan lexos de mi remedio. Pro explanatione nota primo Christum propria vocare omnium hominum peccata Isaia 57.
Ioan-

Ioannis 11. secundò delicta dicuntur in scriptura loqui, & clamare vindictam eorum a quibus commissa sunt Genes. 4. Iacob 1. Abacuc 2. Genes. 18. ergo omnia peccata mundi, quæ Christus super se tollebat clamabât ad Christo, qui pro eis erat satisfactor, quare in Psalm. Longe à peccatoribus salus, & nota in Hebreo esse Verbarugitus mei, & sic legit Hieronymus Chaldaea vero paraphrasis, & Hebraea lectio in quin cuplici Psalterio Verbalamentationis meæ, Septuaginta, Vero verba delictorum, vocum Hebraicarum affinitas occasionem præbuit variandi. Sensus tantum idem est possuntque delicta rugitus vocari, metonymice, porque quien delictos comere bramidos deus dar contra si, debet in hac, vita rugire contra se, vt illius fugiat rugitus de quo Amos 3. *Leo rugit quis non timebit? Debet nunc esse leo, vt postea sit agnus collocatus ad dexteram.*

2. *Deus meus clamabo per diem, & nõ exaudies, nocte & non ad insipientiam mihi.*

Secundò, conqueritur quia assidue clamans nõ auditur auget vim querellæ non solum

solum assidua oratio sed prudens. etenim et si quis assidue, si tamen insipienter clamet merito repulsiã patitur. ideo additur, & non ad insipientiam mihi, primum quia postulabam quod videbam esse negandũ non est stultitiæ tribuendum cum id consulto præstiterim. Tum vt verum esse hominem ostenderem. Tum vt suo munere naturam humanam satisfacere relinquerem. Secundò, quod mei clamores exauditi non sint, non proprijs, sed alienis ignorantijs, & culpis est tribuendum, quali dicat. Si peccados proprios os hizieran sordo, no tuuiera de que quexatme, que no oygan a quien no oye, mas que por culpas agenas dexeis de oyrme, me haze dar justas quexas. Tertio, cū immunis sim à peccato non debeo stultus reputari, si peccati stipendium fugere postulo. Si vn peccador pidiera, no morir, fuera necedad, mas quien no lo puede ser, ni lo es, pida librarle de la muerte. Quarto, quod plus aridet tam assidua diu nocteque oratio non exaudita nõ est mihi causa ad insipientiam, qualis esset ab ipsa oratione cessare: no soy tan necio, q̄ porque doy

doy bozes, y no me oyen calló. Faber Hebraea Chaldaica lectio, & non est silentium mihi.

3. *Tu autem in Sancto habitas laus Israel.* Querellæ satisfactio primo. Tu in caelo Sancto, tuo habitaculo requiescis. Y en medio de mis penas esto me las quita, que con mis cantancios descanais, y con mi muerte os desenoais. Secundo, tu ab excelso tuo habitaculo vides cuncta, quæ patier lustras. Y como tu veas desde el Cielo que passo, yo me doy por contento, aunque no oygas lo que pido. Tercio, tu qui in sanctis miro quodam modo habitas in eis que per gratiam manes in me Antonomatice sancto, & sanctorum maximo habitas. Y con tenerte yo ati, aunque venga la muerte, me basta y sobra. Vel denique quarto, quod plus arripdet id in orationibus non exauditis consolatur, quod quominus exaudior eo plures preces effundo quibus maiorem gloriam, & laudem in Ecclesia consequeris, mientras menos me oyen, mas oraciones hago, y por esso mas celebrado quedas en el mundo. Faber Chaldaea lectio. *Tu sanctus*

sanctus qui inhabitas orbem propter laudes Israel. Laus vocatur Israel, siue actiuè, siue passiuè, id est, quem laudat Israel, qui tenouit Psalm. 75. vel propter quem laudatur Israel Deuter. 4. non est alia natio tam grandis, id est, grauis, ac celebris, quæ habeat Deos aprouinquantes sibi sicut Deus noster adest nobis.

4. *In te sperauerunt Patres nostri, & liberasti eos.*

5. *Ad te clamauerunt, & salui facti sunt, in te sperauerunt, & non sunt confusi.*

Tercio conqueritur, quod cum omnium optimus sit tanquam omnium pessimus tractetur, id enim summè irritat quantum optimi animum si minoribus postponatur. Interlinealis, Patres nostri minores quam ego. Vox geminata, sperauerunt, vel patrum ingentem spem significat, vel, vt Euthimius, Christi affectum ex quo eiusdem sententiae repetitio saepe oritur, vel, ellos que no tuieron mas meritos, que su esperança alcançaron, y yo no, &c.

Veritatem huius generalis sententiae probat Psalm. 106. ex Chaldaei expositione
vbi

vbi specialiter narratur beneficia Dei col-
lata patribus eo ingenio, vt singulis mi-
rabilibus ea adungatur sententia, clama-
uerunt ad Dominum, & de necessitatibus
eorum eripuit eos. primo commemorat
peregrinationem populi per Arabiæ de-
serta, quando errantes in aquoso taber-
naculo non inuenientes esurientes, &
sitientes clamauerunt ad Dominum, &
liberauit eos. Secundò, narrat captiui-
tatem Sedechiæ, & principum in Babylo-
nia. sub Nabucodonosore, quando seden-
tes in tenebris, & vmbra mortis victi in
mendicitate, & ferro humiliati incom-
pedibus in laboribus infirmati, adiuto-
re clamauerunt ad Dominum, & exaudi-
uit eos. Tertio refert Historiam Eccehiæ
& aliorum quos liberauit a morte, quan-
do erant in via iniquitatis omnem abo-
minantes escam appropinquantes vsque
ad portam mortis clamauerunt ad Domi-
num, & sanauit eos. Quarto, commemo-
rat Ionæ fugam, & sociorum eius nauig-
ationem, quando descendebant in mare
nabibus facientes operationem in aquis
multis, fluctibus obruti, cōmoti, vt ebrii
clama-

clamauerunt ad Dominum, & eduxit eos.
Deniq; enumerat abundantiam qua Deus
famen expleuit locis tempore cum ad
preces populi posuit desertum in stagna
aquarum, seminauerunt agros. &c. Ergo
verum est speralle patres, & liberatos fuis-
se, ad Deum clamalle, & saluos factos nō
esse confusos.

Sed quia plerique petentes, & speran-
tes non sunt, quod petebant, consequi,
vt sæpe in bellis Iuda videmus, & in Moy-
si, Notanda sunt verba Eurhimij per libe-
rationem, inquit, à periculis ij qui inscrip-
turis docti, ac diu Versati sunt non cor-
pori solum verum animæ liberationem in-
religunt, quod scilicet anima dolores om-
nes generose ferens, nihil illinc in suo le-
ditur proposito hoc pacto Sanctos Mar-
tyres, tamen occisi fuerint vicinie dici-
mus, & liberatos esse propter invictam
animi fortitudinem, cui contouat Augus-
stinus libro primo de sermone Domini in
monte capite decimo, non calcatur (in-
quit) ab hominibus qui patitur persecu-
tiones, sed qui eas timendo infatuatur,
calcari enim non potest nisi inferior, sed

inferior non est qui quavis corpore multa in terra sustineat corde tamen fixus est in caelo. Unde licet Hieremiae primo numero vigesimo secundo illi dicatur, *Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum, et eruam te, & capite quinto. Bellabunt aduersum te, quoniam ego tecum sum, et saluam te, & eruem te dicit Dominus, & liberabo te de manu pessumorum, & redimam te de manu fortium.* Adhuc ab hostibus occisus fuit, quia ut bene Hieronymus ibidem, tum liberator est Dominus non quod Propheta, persecutionibus careat, cum legamus eum multa perpesum, sed quia patientia sustulit nec celsit angustijs, eruam te non in eo, ut nullus infidetur, sed in eo, ut insidias patiens non delinquas.

Ego autem sum vermis, & non homo opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Laudo Hieronymum qui in Christo nuncupato verme incarnationem intelligit ex Matre sine Patre. Laudo August. qui in eadem appellatione, utramque Christi naturam agnoscit, quare, inquit, vermis? quia mortalis, quia de carne natus, quia sine concubitu natus, quare non homo

homo, quia plusquam homo, *in principio erat Verbum, &c.* Laudo Euthimum, qui praeter dicta insuper addit ea ratione Christum posse appellari vermem, quia eius caro sub qua diuinitas velut occultus quidam hamus latebat, instar vermis facta est esca incapturam illius spiritualis cæti, qui in mari huius vitæ versabatur; nã cum cætus oscitabundus ad illam escam haret latente diuinitatis hamo penetratus est. Vide Iob. 24. *Dulcedo illius vermis,* vel, quia vermis tamen si specie exiguus materiam corrodingo deluit, ac perdit ita, & si Christus aspectu videretur ex illis contrarias tamen, ac resistentes dæmonum potestates desperdidit (hæc ille) vide Isaïæ 41. *Nolli timere vermis Iacob.*

Laudo illius expositionem qui Christum vermem appellatum dixit. Porque sue la polilla, y carcoma de los Hebræos, de quien nacio. Vide 2. Reg. 23. *Tenerrimus ligni vermiculus,* sed illius certe virtutem euacuans.

Laudo tãdem illius ingenium, qui hæc de rubeo colore vermiculo, in scriptura, & Trenorum 4. appellato quo occiso in

pulveremque redacto, sericæ vestes purpureum contrahunt colorem, sic suo sanguine rubens Christus purpureum charitatis colorem hominum animis tribuit.

Ego vero, vt verbis vtar Theodoretî coniciens, per vermem hoc loco tantum vilitatem ostendi puto, quod ex eo patet quod Hebraice & Chaldaice, in Psalterio quin cuplici legitur, nequaquam homo, & denotatur certa abiectio & vilitas.

Hæc tamen negatiua, non homo, interpretanda est in sensu comparatiuo, non tam homo iuxta receptâ scripturæ phrasim ad Romanos 9. *Non est vellentis neque currentis sed Dei miserentis*; id est, non tã, &c. 1. Reg. 8. *Non se abiecerunt sed me.* Mat. 10. *Non estis vos qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, &c.* 1. Corinth 15 *Non ego sed gratia Dei mecum.* Alex 6. *Misericordiam vello, & non sacrificium.* Ideo enim subitur, & *scientiam plusquam holocaustum*, & Ambr. legit misericordiam melo quam sacrificium, ac denique Lucæ 5. *Non veni vocare iustos, sed peccatores.* Vt bene Toletus ibidem, narratione. 63. & Maldo. in Matth. cap 9.

Cum itaque dixisset Christus primo Patres

Patres clamasse, secundo Deum misericordia motum eos liberasse, tertio sic Patres non fuisse confusos, neq; erubuisse apud homines, apud quos etiam gloriam adepti sunt, se his opponit (ego, enim vim habet, est personæ expressio, quasi dicat, Patres qui serui erant, &c. Ego vero quî filius tuus sum, & si clamauerim quasi nõ clamarem, quasi vermis qui calcatus, & occisus nullum edit clamorem, vt agnus, & ovis. Los otros tenian armas contra Dios de sus clamores, orando a Aron escudo, &c. Pero yo tan flaco, que aunque orauã pareciã mis oraciones, armas embotadas, y estar tan sin defensa, como vn ganillo, que ni aun con clamores se defiende. Chaldeus. Ego sum vermis debilis, & non fortis. secundo, veluti absque vlla miseratione calcatur vermiculus, sic in mea morte nulla, neque homines, neque Deus commiseratione comoueri videbantur. tertio, erubui confusus sum apud homines non enim se virorum villissimum appellat. Vt Isai. 53. Sed ipsummet opprobrium. Vt Psal. 108. Ipsammet abiectiõnem. Vt Hier. 20. Non dicitur opprobrium

virorum, quæ vox principes potentesque sonat, sed hominum, quæ miseros, & infimos. Nō dicitur abiectio Phariseorum, & magnatum, sed plebis, id est, vulgi, vt Lyra. *Non solo era la vileza, y horrura de los Principes a quien reprehendi, sino del pueblo a quien hizo mil bienes, nisi dicas cum Euthimio per homines, Romanos milites intelligi, per plebem Iudeorum populum. Oprobriū, & abiectio fortè diuersa sunt, illud actuales denotat contumelias hæc conditionem, & statum, qui abiectum significat hominum reputatione, vtrumque passus est Christus saturatus oprobrijs, & a plebe post positus Barabæ.*

7. *Omnes videntes me deriserunt me loqui sunt labijs, & mouerunt caput.*

8. *Sperauit in Domino erepiat eum salum faciat eum quoniam vult eum.*

Cum patres antiquos dexisset nō fuisse confusos cum petebant, quia scilicet vtorum euadebant compotes se dicit derisum, & confusum, quia videbāt homines inuocantem non exaudiri, vt Marci. 15. *Eliam vocat iste, &c.*

Et quidem quatuor circunstantiæ grauissimam

uissimam reddunt aliquam cōtumeliam, Personæ grauitas cui infertur iniuria, Personæ vilitas, quæ infert, Modus inferendi & Causa seu motiuum ad inferendum, primum, ostēdit illa repetitio me, me in quā, regem, Deum, Messiam Doctorem. &c. Secundum, qualitas, & quantitas deridentium. Omnes deriserunt, siue principes, siue infimi, vt Lyra, siue Romani, siue Iudæi, siue cōmunibus, siue peculiariibus à me beneficijs affecti, ab ipso Herode Rege ad ipsum latronem cruxi affixum, vt Theodoretus. Tertium ostendit deridendi modos, verbis, & signis manifestatus externis, loquebantur enim labijs, Interlinealis, non tantum in corde, ita etiā Augustinus, Hebraice proprie laxarunt seu dimiserunt labia. *Torçian los labios mofando. vel, fueronse de boca.* Chaldæus garrūt malum labijs suis. *Charlatanes chocarreando con migo.* irridebant veluti minantes, vt Interlinealis explicat, quia scilicet dicebant. *Vah.* quæ vox gaudium denotat, & animum commotum iracundia, vt Iob 34. de equo in Bello dicente *Vah.* mouebant capita, quod cum aliquando signum

fit compassionis, vt Iob. 16. num. 4. Ecclesi. 42. num. 18. & Hierem. 18. nu. 16. aliquando etiam admirationis, vt 4. Reg. 19. numer. 21. & Isaïæ 37. numer. 22. & Ecclesi. 13. numero. 8. & Trenorum 2. numer. 15. Hispanè. Guinauase vnos a otros, y hazianse del ojo; quod Matt. 27. numer. 49. & Marci 15. numer. 24. exemplum videmus. Quarto ostendit derisio de spe quam videbatur in Deo habere Hebraicè, retulit omnia ad Dominum de voluit ad Deum omnes res suas, quæ verba licet Hieronym. Prophetæ, tribuat de humanitate loquente, cõmuniter Iudæis, tribuitur irridentibus, & bene explicat Interlinealis dicens; Como el dize. quoniam vult Deum, vt ipse ait, & iacetat Que lo quiere Dios bien, sic Matth. 23. dicebant confidit in Deo, liberet eum, si vult; Dize que fia en Dios, veamos, como le libra, si le quiere bien como dize. Sciebat, vt bene author incognitus, quod omnis qui sperat in Deo liberatur Danielis 13. & Psalm. 90. Ergo quia istum non liberat signum est, quod nõ vere sperat in Domino.

Sed

Sed quam male fixam Christi spem colligebant. O insensati (inquit Chrysostomus) Iudæi numquid Prophetæ, quos occidistis iusti erant? Nonne in ipso sperabant, & tamen ipsos à vobis non eripuit?

9. *Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre spes mea ab vberibus matris meæ.*

10. *In te projectus sum ex utero de ventre matris meæ Deus meus es tu.*

Ecce positæ querelæ satisfacit etenim in hominum opprobrio, & abiectone plebis id solatur, quod apud Deum non est probro habitus, non vermis pro nihilo ductus, sed singulari prouidentia creatus, in lucem editus Chaldæus, iuxta verbum tuum opera scilicet tua non humana August. epist. 120. Deo mirabiliter Matris Virginitatem operante, forte fit allusio, ad antiquum morem quando scilicet parentes filios, qui a Matris gremio in terram, ceciderant, tollebant, eos tanquam proprios natos agnoscetes. Ait ergo Christus tu suscepisti me ab ipso matris utero, nõ reliquisti, vt in terram caderem, indeque

V 5

tolle;

tolleret sed ab ipso matris ventre, & ut filium agnouisti, & per angelos mando predicasti, unde non ero sicut vermis, qui sicut per ludibrium naturæ nascitur, per hominum contemptum moritur, sed tua singulari providentia eductus de ventre, eadem egrediar de vita.

Secundo, querelæ quod non exaudiretur à Deo clamans, satisfacit illis verbis in te proiectus sum ex utero. August. legit confirmatus, alij apud Geneb. velut expositus tibi fies, & est mirabilis sensus quasi in Deum spes roboretur inter tot non exauditos clamores inter tot hominum opprobria, experientia eorum, quæ in introitu Christi in mundo euenerunt ut exitus initio correspondeat, quasi dicat, aunq me vea tan solo tan vil, tan dexado de Dios, y de los hombres: pero al fin, vos me sacareis desto, vos, que quando yo no era conocido en el vientre de mi madre, me honcistes con el conocimiento de mi precursor, y con poderosa mano me sacastes, con honra de cielo y tierra, y entre animales y paxas, me hizistes adorar de Reyes, agora al fin de la vida, no me dessem-

desemparareis. Forte fit allusio ad antiquum morem, quando statim, ac filius edebatur in lucem collocabatur in terra, ut Barro scribit apud Martialis lib. 2. de vita principum. tuncque ipsa terra sub nomine Deæ opis implorabatur, ut nascenti infanti esset auxilio, ut Barro. l. 1. de lingua latina, Suetonis in Augusto ip. 5. & in Nerone 6. & Augustinus 4. de ciuitate 10. cap. testantur. Ergo ait Christus in te proiectus sum non terræ opem, aut hominum, sed tuum solius Dei implorans, id quod de spe ab vberibus matris confirmat, & Augustinus, qui expositione 2. tu mihi, inquit, tu solus eras spes Euthim. procuratione tua proiectus sum ut qui in terris præter te aliū nō haberē.

Cū non dicat se projecisse, sed proiectū in dicat nō prius fuisse, quam fuisset proiectus, sed esse, & in Deum sperare, eiusq; curæ committi simul fuisse? vel, denique his verbis roboratur spes etenim a perseveranti Dei amore videtur ab horrere illum in vitæ fine deserere quem ab utero suscepit, tricus maternis expliuit, & mamillarum succo nutrit.

Tertiò,

Tertio, deniq; irrisioni deficta spe oppo-
nitur illud spes mea vberibus, quasi dicat;
fictu non potest esse, quod a matris vbe-
re originem ducit, quod cum ipso nutrius
lacte luxi, vel, quasi dicat, non solum san-
ctus sum, & iustus sed natura ipsa sanctus
& iustus. Vnde quod tropice de Dauide
Psal. 70. & de Iob. 31. dicitur citra tropu
de Christo creditur.

11. *Ne disceseris a me quoniam tribulatio
proxima est, quoniam non est qui adiuet.*

Hinc nouum incipere numerum corre-
cta Clementis Biblia, & Theodoretii lec-
tio docet. Nouumq; incipit primae partis
Psalmi punctum. Cum enim hucusque
querellas iactauerit, eisq; satisfecerit idē
Christus, nunc Dei opem implorat, non
petit ab hostibus liberari, non mortem
pro pulsari, non labores oprobriaque mi-
nui, non carnem ad ictus in sensibilem
reddi, sed ne discedat, proprie ne te sub-
uertat, quasi dicat. *Auiendo me yo arrojada
en vos, no os aparteis, y de yo en yago.* Sic pe-
tendum est Iustis, vide Baruc. 1.

Ad hoc consequendum duas Christus ra-
tiones adducit, tribulationē esse maximā
adiu;

adiutorem esse nullū, vtrumq; expertus
est Christus, cum trinis erat vsq; ad mortē
& in agonia positus, & tunc relicto eo fu-
gerunt omnes, vt Euth. & Theodoretus.

12. *Circudederunt me vituli multi Tauri
pingues obsederunt me.*

13. *Apperuerunt super me os suum sicut leo
rapiens, & rugiens.*

Quod Dei imploratam misericordiam
prouocet, duas adductas rationes cōfirmat
scilicet, tribulationē esse maximam, & ad-
iutorem esse nullum. primum ostenditur
quia persecutionis authores sunt. (nota
ascensum) Vituli, Tauri, Leones. Secun-
dō, quia circudant, & obsident nullum
auxilio locum relinquentes, vt explica-
tur Ecclesi. 51. numer. 10. circudede-
runt me, vndique, & non erat qui adiu-
uaret.

Primo, Interlinealis Augustin. & Hie-
ron. nomine Vitulorum luxuriantem po-
pulum intelligunt, sine Iugo Dei, Tauro-
rum, verō pinguium principes superbos.
Secundo, Basil. & Theodoretus. per Tau-
ros sacerdotes, per Vitulos eorū subditos,
eodem modo Echumenius pingues vocat sacer-

sacerdotes Dei & Ecclesiæ beneficijs in-
deq; Deo injuriã inferetes iuxta id Moy-
sis, *incrassatus dilatatus impinguatus recalci-
travit*. Tertio, Lyra utrobique Iudæos in-
terpretatur sed in vitulorum nomine in-
stabilitatem inferuanda fide qua ad ido-
latriam proni discurrebant Psalmo. 105.
Vitulum conflauerunt, eorum instabilita-
ti idoneum Deum, Taurorum vero no-
mine superbiam indomitamq; ceruicem
de qua eos notat Stephanus Actorum 7.
Ego vero patrum venerando sententias
dum bis lego Christum circumdatum, pri-
mò, a Catulis, secundò, a Leonibus, bis re-
cordor Christum in Evangelio à Iudæis
fuisse circumuentum, primò, cum propo-
nebant dubia, vt Iesum ceperent in ser-
mone Ioannis 10. num. 14. circumdederunt
Iudæi Iesum, &c. Tunc certe vituli
videbantur, tum quia se ostendebant Hi-
lares, & familiares Christum magistrum
appellantes, & sanam ostentantes men-
tem, tū quia cornua odij, crudelitatisque
non eminebant, sed in animo desitice-
bant compressa, de hac circumuentione
agitur Psal. 108. sermonibus odis circum-
dederunt

dederunt me, id est, cautelose rogantes.
Secundò, circumdatus est quando cum
gladijs, & fustibus comprehenderunt eū
tauris similes, & romanæ potentia corni-
bus armati, de qua circumuentione licet
sub alia metaphora dicitur Psalm. 117.
num. 18. circumdederunt me sunt apes,
exarserunt, sicut ignis in spinis. Cum er-
go primo vituli postea Tauri fuerint, in
leones euasserunt in reliquo passionis
tempore, qui vt bene ex naturali historia
refert Folenguis rugire solent, tum cum
predant, vident famis crudelitate perciti,
tum cū ea parta potiuntur, quasi de Vi-
ctoria Triumphantes. primū ostenditur
Ecclesi. 51. arugientibus præparatis ad
escam. secundū indicat Amos num rugiet
leo si nō sit illi preda? Haud aliter Iudæi
super Christum os aperiunt, primo, cum
dicunt crucifige. vt August. prædæ inhiā-
tes. secundò cum de Christo iam crucifi-
xo quasi ouantes rugiunt Vah. qui desit-
truis, &c. Quod Hier. 22. prædictum fue-
rat, *facta est mihi hereditas mea quasi leo in
silua dedit contra me vocem suam*. In quo lo-
co nota obiter Iudæos, sibi ipsis fuisse
leones

leones, quia eadem dicitur hæreditas; A similes destrogauan, quando a Christo crucificauan.

14. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa, sum omnia ossa mea.*

Huc vsque de vi, ac potentia hostium sub comparatione Vitulorum, Taurorum & Leonum actū est, nunc de dolore agit, tribulatione maxima, quam secundū partem inferiorem patitur. sub comparatione aquæ effusæ, liquefcentis ceræ, aridæ Testæ, & circumdantium canum. cuius loci antequam millicos litteralesque sensus adducam, suppono, tribulationem maximam ex quatuor precipuè constare. primo, ex teriori aliquo ingenti dolore. Secundo, interiori maximo metu, & pauore. tertio, ex his duobus sequitur vitium defectus. & siccitas, quæ totū corpus, sed precipuè linguam Torquet. quarto, denique si quis hæc patiens adhuc lædatur ab hostibus. Hæc in generali prius Christus, tormenta describit antequam ad singulorū membrorū afflictiones descendat.

Nunc ad horum singula descendamus, & primo per comparationē aquæ effusæ

Euchi.

Euthimius apostolorum a Christo digressum & fugam intelligit eodem quod dispersos vocat ossa dispersa iuxta id Ioannis. 16. Venit hora vt despergamini. Secundo Lyra ad studium refert Iudæorum Christum anihilandi & quasi vas omni aqua sic euacuandi, vt neque odor illius memoriæ remaneret. Hieron. fere eodem modo studium, videtur indicare ita Christum perdendi, vt amplius non resurgeret, sicut neq; effusa aqua reuertitur. Tertio D. Thom. & August. ad lapsum Iudæorum in sanguine Christi effuso & lapsum Apostolorū in passione referūt, sicut in aqua effusa labi multi solent. Quarto Beda sicut aqua immūda effunditur, & eicitur extradomum, ita ego proiectus sum super terrā, cui videtur fauere Sophroni^o Episcopus Hierosolimitan^o homilia de nauitate qui de effusione illa aquæ a Dauide facta 2. Reg. 23. Vates inquit Iudæorum in Christū perfidiam facto adumbrabat, ob id aquam haurire noluit, quia Iudæos preuidebat Christum desiderasse & postea velut inutilem aquam effuisse.

X

Ego

Ego tamen eximio hic primam Christi generalē passionē significari scilicet effusionem & membrorum tormenta. *Desangrado, y descoyuntado*, effusus est sicut aqua inest, tan copiose, tan facile, tan jucundē abique horrore, euenis pedibus, manibus, tergo, ac toto corpore sanguinem eliciunt ac si aquam ex fonte aliquo perēni haurirent, per sinodechen totum pro parte sumitur, ego efus^{us}, idest, sanguis effusus est sicut aqua. Romanum Psalteriū aliquique codices græci ita legunt, vt aqua effusum. Psalterium Arabicum & apud Didimum Aug. & vulgatam habemus. Vt aqua effusus, sensus idem est. Ex quo membrorum etiam sequitur dissolutio deficiente enim naturali humore, ac sāguine perlaguentur, ac luxantur quodā modo ossa. nisi ad acerbam in cruce referas suspensionem & ossa dispersa, ilem erit ac *Hispane No tengo huesso con huesso.*

Faltum est cor meum tanquam cera liquefscens in medio ventris mei.

Euthimius Theodoretus & lira corporis intelligūt debilitatē hic exprimi in igne tribulationum Hiero. de ecclesia interpret^{is}

pretatur quæ cor dicitur Christi ante eius passionem durum, quia pauca pro Deo patiebatur, sed postea tribulationibus plenum Aug. refert ad scripturam quæ ante Christi passionem dura & causa non intelligebatur, sed postea est toto orbi manifestata & testimonia declarata. Alij ad lacrimas clamores que validos quos effundebat in cruce *Derretiendo se el coraçon con el fuego de su amor, y distilando por los ojos hecho agua.* Videus scilicet Iudeos nullos ex illa morte fructus percipienturos.

Ego vero existimo hic secundum generale tormentum describi non tam exterius vt primum quam interius. *Turbacion, pavor, o error, o miedo del coraçon.* Cor enim vt bene Folégius ex nimio caloris cumulo opresum eliquitur sicut solis calore cera liquefcit, vnde etiam concitationes illæ cordis in viro etiam sapiente, sed in perturbatione maxima constituto originem habent? nisi quod cor ipsius a superabundanti calore, illuc obnitiam perturbationē agregato, obrutum liquefcit, & immutatur. Simile est illud Iosue 5. n. 7. *Dissolutum est cor eorum & non remansit in eis spes,*

cias. Et capite 7. Tremuit corpus illi & ad instar aqua lique factum est. Per ventrem in presenti totam corporis concavitatem intelligit bene Euthimius probat ex Græco. Nisi vellis hæc ad interiora referre mentorem id est et languet, defacit, amittit vigorem mentis ut Psalm. 37. n. 51. & Psal. 54. num. 5. & 108. num. 22. Cor meum conturbatum est. Dextera de ser coraçon, y se hizo baço amilanado y medroso.
 Plautus in Celsina ait Chelina. Perij cor lienosum opinor habeo, iam dudum salit, de labore pectus rûdit, id est propter laborem, cor lienosum, ait Lambinus, est quasi morbo lienis affectum et si enim cor lienis morbo tentari non possit sed per similitudinem cor trepidare dicitur quasi lienem male affectum sic Adrianus, Turnebus lib. 7. cap. 12.

35. Aruit tanquam testa virtus mea. & lingua mea albescit faucibus meis, & in pulverem mortis deduxisti me.

Ecumenius adignem refert tribulationis in quo infixa fortitudo est exicata nullam habens efficaciam resistendo Lyra ad sanguinis effusionem & humoris, siue

per

per sudorem in horto, siue in flagellatione coronatione, & confixione, & lateris apertione. Hieronymus ad ecclesiam quæ post Christi passionem roborata est sicut testa antequam in igne ponatur infirma, & post ignem roboratur Aug. ad virtutem & gloriam, quæ media passione consequutus est Christus, aruit inquit in passione virtus mea, non quasi fenestram, sed velut testa, quæ sit igne firmior ita Gregorius secundò dialogi. Alij iuniores per virtutem potestatem faciendi miracula intelligunt, quæ tunc non sicata est in re, sed hominum exultatione exalta & secundum rem abscondita, sic dicebant Iudei alios saluos fecit, se ipsum &c. Et Abacu cornua in manibus eius, id est, crux, ut bene Iustinus martyr, ibi abscondita est fortitudo eius, non dicit extincta.

Ego vero existimo hic describi tertium generale tormentum non solum exterius, ut primum, neque tantum interius, ut secundum, sed utroque constans, ut pote ex utroque ortum, scilicet virium defectum, ob ingentem totius corporis siccitatem, quæ oritur, siue ob amissum sanguinem

X 3 quo

quo exhausto, ut pote animalium vita, exhauriuntur vires, vitali humore cessante, siue quia pauore, & perturbatione reductus calor ad abditiores intestinorum recessus, vduumque pabuli absumens, citat ariditatem, excitat sitim humorque omnis, id enim est virtus, Hebraice succus, exauritur, ut olla igne exiccatur, & atrescit. quam ariditatem in lingua precipue experimur, quæ quia in mortis vicinitate, faucibus hæret, ideo subditur in puluerem mortis deduxisti me, id est, sum sepulchro proximus; ya me puden contar con los muertos. hyperbolica loquutio, nam non dabitur sanctus Domini videre corruptionem.

16. *Quoniam circumdederunt me canes multi concilium malignantium obsederunt me.*

Theodoretus & Euthimius per canes gentiles intelligunt secundum legem imundos, Christo ad Cananeam dicente, & panem filiorum dare canibus, per synagogam vero malignantium, Iudeorum inuicem consilia, Lyra utrobique Iudeos interpretatur, sicut Hieron. quia canum, inquit, proprium est cõgaudere Domino

ala;

alatrare latronem, sed Iudæi alatrauerunt Christum & Barabæ latroni congauisũ sunt Augustinus refert ad Iudeorum ingenium, non pro ueritate, sed imitar canum pro cõfuetudine latrandi.

Ut cumque sit existimo significari quartum tormeti genus generale, quid enim uilius quam in tanto exteriori tormento exeffusione sanguinis, & dispersione ossium, in tanto interiori pauore, & angustia, in cordis corporisq; defectione, exterius omni carere solatio, non amicorum circa lectum aditantium corona, sed canum impiorum caterua circumdari.

Bene Hieronymus iuxta uim originalis canes intelligit venatorios qui cum Christum ad crucem usque fuerint insequuti, nõ subsistent a clamore donec uirã exalent, sed instar venatici canis non potius preda fruatur, nõ eam gustabit, sed cum ipsum inuenerit, comprehenderit, in gentique labore Christum occiderit, genibus edendum, & potiundum præbuit.

17. *Foderunt manus meas, & pedes meos digi-
numerauerunt omnia ossa mea.*

Ad peculiariu in partium tormenta def-

X 4

cendit

cendit, enumeratis in vniuersum, ijs quæ ad totū corpus spectant, & quoniam omnia sigillatim recenseret infinitum, maioris tormenti meminit fixationis, scilicet manuum, ac pedū, vt Euthimius Augustinus, Hieronymus omnesque patres. Dinumerationem vero ossium Augustin. & Theodoretus ad extensionem in cruce referunt, Author incognitus ad violentā corporis extensionem, vt manuum altera ad locum facti foraminis perveniret, tunc enim ossium iuncturæ apparuerūt, vide circa hoc Lyram. Alij quia eximia inbecillitate eminebant ossa, forte quia, vt bene probat. Lipsius de cruce lib. 2. ca. 8. ex quorum dam sententia, non manus solum fixæ erant, & pedes sed pectus ipsum funibus astringebatur sub ipsas alas, quæ ratione Hilarius de Trinitate lib. 10. penduli (inquit) in cruce corporis pennæ, & colligantium funium violēta vincula, & ad actorum clauorum saxa vulnera, Tertulianus in scorpiano, tunc pectus ab altero cingitur, in cruce adstringitur, & Theophilactus in Ioannem 19. de extensione in cruce, & vincula notat. Christi ergo funibus

nibus adstringentibus, costæ ossaque eminent, vt dinumerari possint.

Celebris est in præsentī quæstio an legendum sit *foderunt manus meas*, an sicut leo manus meas, hoc enim secundo modo Rabbinī Abraham, Salomon, Rabbi David, aliqui legunt, sic exponentes manus, ac pedes circumdederūt, sicut leo, quia leo in quas vestias inuadit causā circumdat, eas vero terribilem verentes aspectum colligere manus, ac pedes proficere non aufas constat.

E cōtra vero Septuaginta, & cum eis omnes Ecclesiæ Patres, imo Rabbīnōrū aliqui. vt Eugubinus, & Genebr. ajunt, ac denique Vulgata *foderunt* legunt, Iustinus Martyr, Tertulianus ad Christū crucifixum referentes. Varitatem lectionū multi Hebræorum astutia inductam putāt, vt hęc Crucifixo gloriam adimerent, sed forte in causa fuit, vocum originaliū Vicinitas *Charu*, & *Cheari*, prior *foderunt*, secunda, sicut leo sonat est enim composita a *Cha*, id est, sicut, & *ari*, id est, leo. hanc secundam Hebræus, & Chaldæus amplectitur, primam Septuaginta, imo, &

Rabbi Ioseph, & Psalterium, Ethiopicū,
vt refert Adrianus Phimus lib. 6. c. 64.

Nos hanc venerantes non spernimus il-
lam, cum possit vtraque conciliari, imo et
terram, non ex corruptione malitiosa, vt
Adrianus, & alij, sed diuina ordinatione
inductam esse puto, cum Genebrardo. Fo-
derunt enim manus, sicut leo, quasi dicat,
non vt cuiusque manus, ac pedes foderūt,
sed ea feritate qua leones solent dilacera
repredam. vnde paulo ante dixerat appe-
ruerunt super meos suum, sicut leo. fa-
bet Chaldæus mordentes manus meas, si-
cut leo.

Dum *foderunt*. inquit, nō fixerunt, aut
vulnerauerunt bene notat Castiodorus,
& incognitus, quod sicut terra fossa fru-
ctum facit, (fabri cauerunt peccatores,
alia arauerunt.) sic fructum vitæ dedit
Christus vulneratus, & Hieronymus, fo-
derunt, inquit, & fructum magnum in-
nenerunt, id est, salutem gentium; Ellos
cauaron la tierra, y otro gozò el fructo,
ellos afanados descubrieron la mina, y fa-
cararon el oro, y otro gozò el thesoro.

Dum prius meminuit fixationis manuum
forte

forte indicatur, quod moris erat prius ma-
nus, quam pedes afigi, vt Lipsius, secun-
do de cruce cap. 10. probat ex Luciano,
qui & initium à manu dextera ductum
describit.

18. *Ipsi vero considerauerunt me, & inspe-
xerunt me.*

Duas adhibet expositiones Euthimius
curiose me, meaque omnia perpendentes
nunquid filius Dei essem? Tandem vide-
runt me dicentes, *Filius Dei erat iste*. confi-
derantes metum creaturam omnem pati.
Vel curiosè egerunt ne auferret mortuus
à discipulis, vnde posita militum custodia
obseruarunt me.

Ego existimo quatuor esse huius loci
pulcherrimos sensus. primo, sicut quan-
do vniuersalia tormenta recensuit, illud
enumerauit, quasi omnium maximum,
quod cum filij quos condiderat, & tunc
redimebat deberent iuxta parentis lectū
lugere canes erant latrantes, sic modo
enumeratis tormentis in particulari a fi-
xionis maximæ meminuit, quod scilicet
ipsi Iudæi ipsum considerarent, id est, per-
pendentes quis esset, & quanta patere-
tur

tur adhuc inspicerent, propriè iuxta fontem torvè aspiceret, sic felix, risu sardonico, & crudelibus oculorum nutibus iudæes; *Guiliam.* Abdia 1. numer. 12. idem verbum ponitur, non despicias in die fratris tui, in die peregrinationis eius, non lætaberis, &c. Secundò, possem exponere de magno Christi tormento, quo agebatur, quia Iudæi ipsum considerantes solam exteriorem carnem inspicerent, nõ latentem diuinitatem, fidei oculis penetrarent, quantumvis enim perpendebant miracula, patientiam, &c. Solum oculis videbant hominem, non mente credebant Deum. sic Augustinus, quem sequitur Interlinealis. considerauerunt, sed non intellexerunt, quia tantum viderunt, vsq; ad carnem corporis oculi, & non vsque ad verbum oculi cordis. Tertiò, & forte textui cõformius possum exponere de exacta in torquendo Christum diligẽtia, ne in aliqua sui corporis parte de esset dolor, vt a planta pedis, vsque ad verticem capitis non esset in eo sanitas, esset que totus vit dolorum, doloribus; constans ad

ad hoc videntur enumerasse omnia ossa, vt nullũ dolore vacaret, ad hoc considerant & inspexerunt caput, tergora, faciẽ manus, pedes, pectus, doloribus implentes. Omnia membra & partes Christi.

Quartò deniq; vnus Mathæus cap. 27 vs. 36. videtur reddere expositionem. Sedes Iudæi seruabãt eũ, habuit enim Christus in cruce custodes, ne ex suspendioto heretur, aut aliquis vel minimam operationem prestaret. his adde. A todos mis tormentos, no hazian mas que mirarlos de de fuera, sin compadecerte con el coraçon, o ayudarme con las manos, o palabras.

Hæu quantam vim hem relatibũ, illud ipsi, ipsi inquit Aug. non mutati, No emmendados con tal expectaculo, ipsi desperuerunt quos enutriui & exaltaui, ipsissimi quos condidi ac redemi non enim tam vulnerum, Quã ingratitudinis dolor torquebat Christum Psalm. 4. si inimicus meus, & recordare illius qui lapidatus ab amico ingeruit, cum inter lapides a reliquis missos, nullum tristitiæ signum dicit.

19. *Diuiserunt sibi vestimenta mea & super vestem meam miserunt sortem.*

Cum in corporis partibus torquere iam amplius non possent Christum considerauerunt & inspexerunt pauperem superlectilem, quia ut ait Math. id contigit, quando Christum patientem milites obseruabant, siue ludendi causa, siue iuris quo carnifices vestibus damnatorum fruuntur, partim diuidunt, partim sortiuntur. Cōcorset Patrum sententia hic prædici quod Marcus c. 15. & Ioã. 19. & Mat. 27. narrant, imo hi duo hoc factum esse asserunt, ut scriptura hoc loco contenta impleretur.

Ioannes clare distinguit inter vestimenta quæ in quatuor diuisa partes inter quatuor milites sunt distributa, & tunicam quæ quia erat inconsutilis, deturper contexta per totum, dixerunt ad inuicem non scindamus, sed sortiatur, de illa cuius sit? ecce vestimenta diuisa, & super Christi vestem missam sortem. Hic Ecumenius Lyra Hiron; quod discrimen inter Hebræas voces cognoscit Genebrardus.

Huius rei misteria apud August. Cassiodorum Iacobum de Valentia, & alios vide
solum

solum assero, quod bene notauit Theophilus, & incognitus talem vestimentorum Christi diuisionem, non fuisse factam ex militum avaritia, quæ in paupertate illa non habebat pauulum, quid enim militibus gloriosis opus erat, vestibus inopis cuiusdam? vestem enim inconsutilem, non pretiosam, sed vilitatam apud Hebr. bene Baronius 1. tom. anno. 34. ex Theodoro Pelusiotâ probat ipsamque a Virgine contextam bene coligit ex Esdræ 4. & Prouerborum 31. sed ex irrisione procurantibus Hebræis, ut Euthimius in Ioã. scio alios inter quos est Tolerus, dixisse non fuisse Christi vestes vilissimas, sed honestas, & graues, vnde non irrisione, sed iure suo carnifices vsos. nec enim tam scelerter diuiderent, si irridendo solum facerent, erantque carnifices, vilissimi homines, qui quantumuis pauperem Christi vestem pro lucro ducerent. adde ex Procopio in Genesim 28. milites fuisse solios de Christi vestibus, quia sperabant esse in eis virtutem ad expellendos morbos. Sciebant enim virtutem de illo exire, & sanare omnes, sciebant, non vnam solum
mu.

mulierem si rangeret tantum fimbriam
vestimenti saluam fuisse. Sciebant quos
quot rangerent cum sanari à languori-
bus suis, ni. ergo mirum, quod tam ardē-
ter veites optarent in quibus eam virtu-
tem sitam esse putabant.

Nota primò illud *diuiserunt*, non solum
significare inter se milites diuisisse, sed
ipsa vestimenta diuisisse, & scidisse, nam
effectus probat prophetiam Chrysostom.
enim homilia 34. in Ioannem, Cyrilus li-
bro 12. cap. 32. in Ioannem Augustinus
tractatu 118. Dicunt hanc diuisionem
vestium Christi fuisse sectionē, quidquid
alij sentiant quos refert, & non sequi-
tur Euthimus.

Nota secundò, non bene ex hoc loco
colligit super solam Christi tunicam mis-
sam esse sortem, vt August. tractatu 118.
sed verisimile est, super reliqua vestimen-
ta milites esse sorticos, vt Ambrosius in
Lucam 23 & Theophilactus in Marc. 15
fauetque Textus Marci. Mirantes sortem
super eis quidquid tollerent, & perse vi-
detur verosimile ad tollendas vixas alio-
qui nullus sua parte esset contentus.

Nota

Nota tertio, bene ex hoc loco colligi
Christum nudum cruci fuisse affixum, in-
tuitu ante fixationem nudarimos erat, vt be-
ne probat Lipsius lib. 2. cap. 7. ex Arteni-
doro cap. 58. dicente crucifigi bonum est
pauperi, quia sublimis est, malum diuiti,
quia nudus erit. An vero aliquod vellum
fuerit datum ad tegendam nuditatem, vi-
de apud Suarez. 2. tomo par. 36. sect. 4.

Denique bene ex hoc loco idem collig-
git 2. tomo, parte 28. sectio. 2. Christum
habuisse in cruce dominium vestium qua-
rum vsulicet vi potuerit priuari non ta-
men dominio.

20. *Tu autem Domine ne elongaueris auxiliū
tuum à me ad defensionem meam conspice.*

Petit Christus nu. 11. ne discederet
Pater ab eo, ad id consequendum duas ad-
hibuit nu. 12. rationes, quas perfequen-
tes numeros satis probauit, nunc redit ad
primam orationis Scopum. ne elonges
auxilium, Augustin. & Lyra ne diseras
resurrectionem meam vsque in vniuersa-
lem resurrectionem omnium, fere idem
Hier. & incognitus ad defensionem consp-
ice, siue, vt Hieronymus ne mihi pars

Y in-

infernī voracis præualeat, siue, vt Incognitus, corpus à corruptione seruetur. Generaliter ergo contra omne, quod lædere potest deffendi postulat Deo conspiciēte Hebraicè properante, Velfestinate, idest sumam curam prestante, vt Hispanè, Pone Señor la mira en esto. Fit allusio ad illa verba ipsi considerauerunt, & inspeixerūt, quasi dicat. Si ellos se remiran en hazerme mal, y offenderme, miraos, y remiraos Vos en hazerme bien, y defenderme.

21. Erue à framea Deus animam meam & demans canis vnicam meam.

22. Saluum me ex ore Leonis & à cornibus Vnicornium humilitatem meam.

Explicat circa quod sit hoc auxilium prestandum in quibus que rebus Dei providentia debeat Vigilare.

Quæ vt explicentur nota quatuor in Christi nece interalia fuisse Astutiã, conpirationem, crudelitatem ac superbiam. primū in Scribis, ac Phariseis, secūdu eria in populo, tertis & quarta, potissime in Romanis atque etiam in hebreis. Astutiã comprehenditur, populi conspiratione

ne vocatur ad necem gentium feritate & superbia damnatur & crucifigitur.

Primo ergo petit vt eruatur à framea Euthimius per frameam Romanos milititer ferentes gladios. August. mortem vel linguam disentionis.

Ego existimo hic Astutiã significari, est namque framea quã Græci vocant Rompheam, de qua Tacitus lib. de germanorū moribus, hasta, inquit, est angusto brebī que ferro, sed ita acri, & ad vsum habili, vt eodē tallo, prout ratio poscit, vel quo minus pugnetur, aut eminus, cū forte David alibi dicit gladium malignum, *arma traydora*; Faber Hieronymus idest de potestate quæ seducendo iugulat.

Secundò demanu canis vnicam eius petit erui, Euthimius canes inter pretatur gentiles, animam que vocari vnicam in excelencia & Sanctitate, vt Hiero. etiam & Aug. qui canes interpretatur Iudæos, canino more sine discretionē latrantes, Theodoretus Demones Lyra infernī potestatem canina fame laborantis cuncta deuorandi.

Ego existimo hic significari secundum

scilicet conpirationem omnium, vt Christus dicerent, ideo non dicit canum, sed canis; Todos a vna, more canum ad vnus latratum alatrantium, dicitur que vnica idest, vt bene Folégus derelicta, & solitaria ab hominibus, manus dicit canis, non os, aut dentes, quia non populus aut Iudei conspirantes Christum dilaniarunt proprio ore, sed oblatrantes, non alium, vllumus regem nisi Cessarem, tanquam canes Christum in manus Romanorum traddiderunt.

Tertio petit saluari ex ore Leonis Euthimius Leones Iudeos intelligit ob insidias & seuitiam. Aug. diabolum.

Ego gentium crudelitatem & feritatem. Mihi fabet Chaldea Paraphrasis saluame à feroci fortissimo, os erit, non manus aut Ungues vt crudelitas indicetur, qui velut diurnam famem explere cupientes Christum deuorabant.

Quarto denique humilitatem à cornibus Vnicornium petit saluari, Euthimius Iudeos vocat Vnicornios, veluti in vnam tantum Trinitatis personam credentes Aug. eosdem, quia vnico cornu terrena tantum pete;

petebant, Hieronymus eosdem etiam quia vnam legem habebant, qua ante preuocationem ventilabant gētes Lyra superbos milites Romanos, qui putabant custodire intra sepulchrum Christi humanitatem.

Ego existimo quartum significare superbiam aut Farisæorum non tollerantiam Christo posponi à Turbis, vel Romanorum indigne ferentium alium preter Cessarem Regem appellari. Mihi tauer D. August. qui Vnicornios inquit, dicit superbos & ideo ponit humilitatem meam, fauet etiam Chaldeus à potestate cuius superbia sicut in Vnicornijs.

Sed cur Vnicornium & non taurorum meminit? anquia iam taurorum meminerat, ideo nunc aliam instituit comparationem? anquia Vnicornium superbum animal est, vt ait Iob. numquid vellent Rinoceros seruire tibi? non aligabis mono ceronta loro tuo vt aret. An tertio quia inter cornuta animantia id speciale Vnicornium vel Rinoceros habet, vt refert Helianus de Historia animalium prime quarto in sumanare inquit cornu gerit cuius mu-

tro acutus existit, neque illud derobore concedit ferro, quod cum est contra Elephantē pugnaturus saxis exacuit. & limat quasi dicat libera me à ferocitate & superbia eorum qui limatam acutā, & diu versatam in propriæ obstinationis duritie, in me pararunt cladem. Adde quod Unicornij vulnus veneno caret, non ita cornu Tauri, vnde Elianus, vbi supra, Unicornium, ait Elephantem occidere, non quia veneno inficiat in vulnere, sed quia defuso sanguine de cumbit. Y Christo aunque herido, no enconado, pudieronle sacar la sangre; pero no pudieron entrar en el odio suyo.

23. *Narrabo nomen tuum fratribus meis in medio Ecclesie laudabo te.*

Orationi finem imponit promitens in gratiarum actionem Dei gloriam, & maiestatem hominibus manifestaturum. perpende primo Christi angustiam, nam hominis est in maxima tribulatione constituti Deo vouere, & in posterum sacrificia polliceri, vnde bene Theodoretus, hunc patet, inquit, more humano loqui, vt homo sustinens, quæ loquebatur. be-

ne

ne autē pollicetur, non hostias, aut sacrificia vitulorum, vt alij duces proparta victoria, sed laudes quibus Deo nullum gratius sacrificium, pulchrè docuit Chrysofomus in sermone, quem habuit præbyter designatus tomo quinto. Bōrum, inquit, & aristas suo terra mittit ex gremio, alit pluuiarum irrigatio, colit agricolarum manus, ac sacrum Hymnū parit animi pietas, colit cōscientia bona, Deus in celestia recipit horrea, quanto preciosior est animus terra tanto, hæc illa melior est oblatio. Vnde Oseas 14. eos qui Deum offenderant parabantque illum reddere, sibi propitium adhortatur, dicēs tollite vobiscum verba, & quale sacrificium dixerit aliquis sunt verba? maximum, & splendidissimum. Dauid Psalmum 68. Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude, & mox huius sacrificij præstantiam aperies subiicit, placebit Domino super vitulum nouellum, &c. Hac tenus Chrysofomus.

Cui adscribit Theodoretus eiusdem Psalmi verba perpendens & Aug. qui amplius

Y 4

inquit,

inquit placebit Deo Laus eius, procedens ex ore meo, quam magna victima aducta ad aram illius.

Secundò, perpende quantum Deus fideles docendi res diuinas ministerio delectetur, si quidem in gratiarum actione Christus, tantum pollicetur hominibus enarrare diuinam gloriam, & in eorum medio chorisum esse canentem docentemque canere, sic enim Theodoretus cū hæc, inquit, fratribus meis enarrauerim per ipsos te de cætabo docens postea huc contexere hymnum.

Tertiò, perpende nostras contiones, vel laudes Christi potius esse, siue quia nos ad eas excitat, siue quia vt nos eas funderemus nobis promeruit, ergo Christus est qui in nobis loquitur, vt ait Paulus, qui nostris concionibus implet, quod in cruce patri promissit, vnde egregie Euthimus circa hæc verba, *In medio Ecclesie laudabo te.* Non per Apostolos tantum docuit priuatim, sed in synagogis etiam Iudæorum palam, & libere loquutus est, & quoniam posset aliquis Euthimio obijcere Christum post resurrectionem

num.

numquam in medio Ecclesie prædicasse; sed tantum priuatim Apostolos docuisse, subdit, hanc autem prophetiam hodie manifeste adimpleri videmus, dum Christi, Euangelium, & priuatim, & publice legitur in Ecclesijs, sic etiam incognitus.

Deniq; nota quod in hoc loco Paulus ponderauit ad Hebræos, qui sanctificat, inquit, & qui sanctificatur ex vno omnes propter quam causam non confunditur eos vocare fratres dicens; *Narrabo nomen tuum fratribus meis, &c.* Ergo cum in cruce esset Christus mundum sanctificans, & mundus sanctificatus, vterque a Deo est, qui in Christo, & mundo sanctificationem confert, bene tunc nos fratres vocauit.

24. *Qui timetis Dominum laudate eum vn̄uersum semen Iacob glorificate eum.*

25. *Timeat eum omne semen Israel.*

Hinc incipit secunda pars, in qua conderare oportet Christum cruci affixum, nō tristem, vt huc vsque, sed lætum, ac hilarum. Pro cuius delaratione, & fere totius Psalmi connexionem provarijs meroris tristitiæque effectibus supponenda est doctrina, quam vt veram, sic communem

circa tristitiam Christi in Theologorum schola reperio etenim cum constans sit Christum habuisse tristitiã, & simul fuisse beatum, difficultas est de concordia tristitiæ cum beatitudine, dicebant quidam à Medina relati cum alijs, 3. parte. q. 46. artic. 8. in voluntate Christi numquam fuisse tristitiam, quia in illa fuit semper summum gaudium beatum, in illius tamè appetitû sensitivo fuisse merorem, quia ad illud non fuit deriuatum gaudium, & delectatio beata.

Sed præter quam quod contra communem patrum expositionem est in id Mat. 26. Tristis est anima mea. Dicentium etiam involuntate Christi fuisse, tristitiam, oppositum aperte colligitur ex Damasceno lib. 3. fidei cap. 26. Epiphanio hæresi. 66. & in anchorato. Athanasio lib. de Incarnatione in id Ioan. 12. anima mea turbata est, & Agarone Papa Epistola relata in 6. Synodo generali actio. 4. & ratio suadet, quia cum vere viator fuerit capax fuit tristitiæ, quæ causari poterat ex malo obiecto voluntati applicato.

Vnde dixerunt alij, vt Cano lib. 12. de locis

locis capit. 14. tristitiam etiam fuisse in voluntate, sed pro eo tempore sublatam fuisse ab ea beatificum gaudium, quod dictum Henricus notat erroris Suarez, temeritatis, ego ad minus falsitatis. Tum quia sine fundamento scripturæ, ac patrum tale miraculum affirmat, tum quia diem passionis, diem lætitiæ cordis Christi, diem desponsationis, & gaudij vocatum audio in scripturis, & in D. Thom. 3. par. q. 46. artic. 8. lego in Christo passionis tempore fuisse fructum lætitiæ, & gaudij.

Vera igitur sententia est, in ipsa voluntate Christi etiam secundum portionem superiorem absolute loquendo fuisse tristitiam, sic Bonaventura 3. dist. 16. arti. 2. quæst. 2. & 3. Scotus dist. 15. quæst. 1. Vnica Suarez 3. part. quæstion. 18. dicess. 38. sect. 3. circa concordiam ergo huius tristitiæ, & gaudij in superiore parte voluntatis, suppono portionem superiorem nihil aliud esse quam voluntatem, quatenus intendit rationibus superioribus, & æternis inferiorem vero eandem voluntatem quatenus intendit rationibus inferioribus, & humanis seu temporalibus, vt docet

et August. 12. de Trinitate cap. 7. & D.
Thom. 1. parte quæst. 39. art. 9.

Hoc supposito sicut non sunt rationes
repugnantes, & contrariæ, quod idem ob
iectum secundum diuersas rationes in or
dine ad diuersum finem sit bonum, & ma
lum, conueniens, & disconueniens, ita nec
actus gaudij, & meroris versantes circa
illud secundum has diuersas rationes forma
les V. G. mors Christi in ordine ad natu
ram est mala, quia est eius destructio, atq;
ita circa illam secundum hanc rationem
poterit esse tristitia vehemens, quia tes
te Aristotele libr. Ethicorum ad Nicoma
cum cap. 9. Vir quo fortior, & virtute or
natio est eo magis ob mortem dolet, quia
est maxime dignus, vt uiuat, & quia scit se
suosque maximo bono priuari, at eadem
mors est bona, & maxime conueniens ad
finem obedientiæ, charitatis, & redemp
tionis, & ita secundum hanc rationem
poterit esse gaudium, sicut in eodem in
tellectu poterit esse assensus, & disen
sus quando diuersi sunt termini V. G.
possum assentire vnâ albedinem al
teri esse similem, & disjunctiue, quod
sit

sit similis negredini, & etiam Qua
tuor pedes possum assentiri conuenire
quadrupedi, & dissentire conuenire ho
mini, quia vnus assensus non destruit
rationem dissentus ita tristitia de morte
ob malum naturæ, & gaudium de eadem,
vt bonum mundi possunt esse simul cum
neuter actus destruat sufficiens motiū
alterius.

Quod tamen non procedit naturaliter
in nobis nā licet actus gaudij, & tristitiæ
intensus circa idem obiectum secundum
diuersam rationem modo dicto possit esse
simul, quantum est exui suæ naturæ, sæ
pe tamen vnum impeditur ab alio, siue
in actibus mere naturalibus, quia vehe
mens gaudium impedit tristitiam ob ma
gnam attentionem potentia, & vniū def
fectum, siue in actibus status beatifici, vbi
tristitia impeditur ratione status qui est
omnium bonorum agregatione perfectus.

Ergo Christus Dñus verus viator, ve
rus beatus, speciali miraculo, vna cū gau
dio, simul & tristitiam habuit cum igitur
Dauid Christi merorem patientis hucusq;
descripserit, nunc latitiæ materiam se
ge-

getemque proponit amplissimam, ea autem oritur ex triplici capite, id est, triplicis boni consideratione, quod ex sua morte orietur, primum est erga Deum eius glorificatio, secundum, erga genus humanum eius sanctitas & redemptio. tertium, erga se eius premium & corona.

Circa primum, ut pote praestantissimum in presenti numero ait; *qui timetis Dominum laudate eum, &c.* Nomine timentium Dominum, Theodoretus intelligit gentiles, iuxta id Actorum 13. *Viri Israelita, & qui timetis Deum.* Euthimius eodem modo per semen (vero Israel & Jacob, Hebraeos omnesque ad gratiarum actionem excitat.

Ego existimo, per timentes Deum, per semen Jacob. & Israel fideles omnes intelligi, siue ex gentibus, siue ex Hebraeis qui sunt semen spirituale Abrahae, ad Romanos 8. Timere Deum, & cultulatriae colere idem esse patet, quia quod Deuteron. 6. Dicitur Dominum Deum tuum timebis Matthae. 4. Christus dixit, *Dominum Deum tuum adorabis.* Omnes ergo ad diuinum cultum inuitantur, quia post
Christi

Christi necem diuinus cultus, siue villo discrimine cunctis inotescet?

Quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis, neque auertit faciem suam à me, & cum clamarem ad Dominum exaudivit me.

Ecce secundum bonum in ordine ad mundi utilitatem, cuius consideratione latatur. bene tria postulauerat ab hominibus, ut scilicet laudent, glorificent, & timeant. Ad vnam quamque rem suam proponit motiuum. *Laudate quoniam non spreuit, nec despexit deprecationem,* id est, ut Theodoretus, quia Author fuit vestrae salutis vilissimam vestram naturam non despiciens, vel meam qui pauper pro vobis factus sum, ut Hieronymus, qui cum alijs ad factam referunt resurrectionem.

Ego non solum ad eam, sed ad ipsam precipue passionem, in qua, & per quam mundi remedium patri reconciliationem consequutus est. Vel, quod mihi placet, & Folengius innuit, quoniam iam miser pauperque orbis exauditus est, si quidem in Christo exaudito nos miseri exauditi sumus

sumus, & quod illi concessit Deus, nobis concessit. fauet Hieronymus, qui populos, inquit, Christianos, non spreuit Deus, sed exaudiuit. fauet Augustin. qui generaliter exposuit, omnes non desepresumentes exaudiuit. fauet Chaldaeus, qui quod in singulari dicimus orationem pauperis, ipse legit, non abominatus est orationem pauperum, & quoniam omnium optima oratio est, quæ ab afflictis procedit ibidem legit Hebraeus in Psalterio, non desepxit afflictionem afflictis.

Secundò petit glorificari quia nō auertit faciem suam à me. Hierony. resuscitauit me à mortuis, ego non ad resurrectionem solum refero, sed ad ipsius passionis tempus, tunc enim neque ad momentum oculos Pater a Christo amouit, singula quæque notanter numerans, & ponderans præmia turis, ex quo mundo materia exorta gratias agendi Deo. Dices quomodo ergo Christus Patri dicit illum dereliquisse si modo dicitur nō auertere faciem? respōdetur dereliquisse sinendo pati, sed cum eo fuisse plene merita ponderando ad præmium.

Tertiò,

Tertiò, timete quoniam cum clamare exaudiuit me, primò, quia cum clamare pater clarificame, Pater respondit Ioānis 12. clarificabo. Et iterum clarificabo, id est, manifestabo mundo te Filium Dei esse, quando te mundi iudicem constituā, timete ergo eum ac pro indeme, quoniam omne iudicium dedit filio, hæc est expositio Hieronymi. Vel secundò, si timor de finali cultu intelligatur eum qui me pro vobis clamantem libenter audiuit colite, ac proinde me vestrum patronum audiet apud illum pro vobis in celo acturum.

26. *Apud te laus mea in Ecclesia magna.*
Ecce tertiam bonum in ordine ad se cuius commemoratione letatur, quia scilicet à Deo Patre glorificandus est in Ecclesia Catholica, Hebraicè septuaginta codices, cum antiquis legunt, à te laus mea, id est, vt Theodoretus, tu mihi causa gloriæ, & gaudij eris, id est, si rigorem serues particulæ Apud, dicitur cum Augustino apud Deum pono laudem meam. non apud hominem; Yo me contento con la honra, que con esta deshonra gano con
Z Dios

Dios: in Ecclesia magna duplicem sentum esse exitum sicut in illo Genes. 12. Faciam te ingentem magnam, id est, vel numerosam, vt Theodoretus Hieronym. & August. de quo Zachar. 2. abiq; muro habitatur, &c. & Psalm. 8. illic populus Ethiopum, &c. Isai. 5. leuauit lignum in nationibus. vide late 26. aperite portas, &c. & 33. oculi tui videbunt Hierusalem opulentam, &c. 43. ab oriente adducam semen tuum 54. citata locum tentorij tui & alibi, quo spectant comparationes rerum ingentium Canticorum. Vel in Ecclesia magna, id est, in graui, & illustri, vt Zachariae 20. & in gloria ero in medio eorum idcirco in Psalmo dicitur populus grauis, & 1. Petri 2. regale Sacerdotium, quam gloriam illi Christus acquisiuit, vt ad Ephesios 5. Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit se met ipsum pro ea, vt eam sanctificaret, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam; merito ergo eam tunc vocat magnam, & illustrem cum splendorem conferebat. Hæc certe gloria facit, vt Ecclesia numero parua absolute dicatur magna, melior est enim rece-

mus

mus Ephraim vindemijs Abiezer. Iudicij 8. cum glosa Vatablus, David vnus pro decem millibus computatur Anna dicitur peperit septem. quia vnus Samuel, pro septem erat, & Ecclesia, & si ad paucos redacta omnium est maxima congregatio- num.

Vota mea Domino reddam inconspectu timentium eum.

Proprij commodi oblitus non querens gloria n suam (est enim qui querat) quod reitat Psalmi concludit in exultatione. ob Dei gloriam, & hominum vtilitatem, quæ ex patsione oritur Theodoretus, & Euthimus de crucis sacrificio interpretatur, Lyra, & Interlinealis de Eucharistia Sacramento, Augustin. & Hieronym. de vtroque, quod mihi placet, primo, quia forte ex hac parte Psalmi Titulus Chaldaice præscribitur, Psalm. in laudem pro virtute sacrificij cœtinæque oblationis. secundò, quia in cruce, & Eucharistia idem est sacrificium, eadem hostia, idem offerens sola offerendi ratione diuersum. tertio, quia vtroque, & Dei gloria, & hominum vtilitas elucet, in cruce, dum

Z 2

patri

patri sacrificium, & fons Sacramentorum erumpit in Eucharistia simul sacrificium, & Sacramentū. Quis ex hoc loco nō colligat Christum Dominum emisisse vota, ac se obligasse? etenim si vim vocis spectes bene Theodoretus hoc loco non deprecationes significari sed vota, & promissionem vide Pagninum in Thesaurō magno folio 1527. eadem enim vox originalis, 2. Reg. 15. numer. 7. vadam, & reddam vota mea, &c. & numer. 30. numer. 5. si cognouerit Pater votum, &c. ubi euidenter agitur de promissione. si expositionem Doctōrum consulas audi Euthimium per vota, inquit, promissionem Deo factam intelligo. Theodoret. postquam (inquit) sup̄ius promissit per eos qui in ipsum credunt hymnum contexere, nunc manifestius edocet promissionibus sine se impositurum.

Si consimilia loca desideres quibus huius veritas confirmetur, sufficiat Psalmus 131. sicut iurauit Domino votum vouit, &c. cum Hieronymo ibidem, & glosa Interlineali. Si Christi naturam expectet eam sicut, & præcepti à Patre impositū

fit

sic & voti sibi injūcti capacem inuenies, si perfectionem non minuit imo auget. cum perfectiora sint, quæ ex voto procedunt quam quæ sine illo opera fiunt.

Sed vt verum fateat in aliam ego expositionem inclino, & suppono vota ab antiquis vocari ea quæ pro aliquo beneficio à Deo accepto ferebantur. primò enim apud Hebræos tertio Esdræ secūdo numero. 7. sic ait Cyrus Rex Persarum quotquot circa loca habitant adiuent eos qui sunt in Hierusalem in auro argento dationibus cum equis, & iumentis cumque alijs, quæ secundum vota apponuntur, in ædem Domini, quæ est in Hierusalem. Vnde Hieremiæ 33. numer. 11. portare vota in domum Domini, & 2. Machabæorum 3. num. 36. vota magna promittere, & Prouerbio 31. dilecte votorum meorum, id est, pro cuius salute vota offero. secundo apud Egyptios erant dissecti capili dijs pro salute pueri receperata oblari, vt si Siculus libr. 2. capite 40. & Bellorum machinæ, currus naues incendio conflagræ ob partam Victoriam vota dicebantur de quibus Ly-

Z 3

uius

uius prima Decada libr. 1. in regno Tarchini Pristi, & lib. 10. vbi de voto Quinti Fabij, & tertia Decada libr. 3. vbi Martellus hostium Vulcano, votum cremauit. Vide Alexandrum ab Alexandro Genialium diemum libr. tertio, capite 22. Denique apud Ecclesiasticos, votum dicitur res ipsa, quæ pro alicuius salute, aut patria, aut comparanda offertur, sic enim libra illa anni quæ ipso anni initio offerri consuevit à Christianis, pro salute principis de qua ex varijs authoribus Cardinalis Baronius tomo 3. anno Christi 315. initio votum vocabatur.

Iuxta hunc ergo sensum vota Christi nos omnes erimus, qui virtute præditi sanguine Christi Redempti, ac Saluati Deo, siue in cælo, siue in Ecclesia offerimur, in Christi Victorix monumentum, & Dei Omnipotentis laudem; cui expositioni fauet Hieron. in caput secundum Ionæ circa illa verba, reddam vota quæ feci, vt omne, inquit, Hieronym. quod dedisti mihi non pereat in æternum, & addit cernimus, quid Dominus in sua passione pronobis promiserit, non faciamus

men.

mendacem Iesum, mundi simus, vt nos Deo patri offerat victimas, quas vouerat, &c. fabet Eugubinus hic, hæc, inquit, sua vota, quæ victores persolunt hostibus superatis, coram gentibus quas patri suo de vouit, ac sacrauit.

Nos autem munus Patri oblatum vocari Patet Isaïæ 62. numero. 20. annuntiabunt gloriam meam in gentibus, & aduent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino inquis, & quadrigis in lecticis, & carucis ad montem Sanctum Hierusalem dicit Dominus quo modo si inferant filij Israel, vt vnus vide Hier. ibidem.

27. Edens pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum vident corda eorum in seculum seculi.

Ecce secundum scilicet utilitatem mundi, & secundum Eucharistiæ munus, scilicet Sacramentum edent Pauperes, quia caro Christi est cibus, & saturabuntur, quia vere est cibus qui tollit famem, laudabunt Dominum, quia est Eucharistia, id est, gratiarum actio, & laus Dei, vnde Psalm. 49. in molate Deo sacrificium laudis

Z 4

quo

quo enim mihi, &c. ac denique viuens, quia qui manducauerit ex hoc pane uiuet in aeternum.

Pauperes dicit manducatores, id est, ut Augustinus, & Interlinealis mundi contemptores, & humiles non diuites qui cum non esuriant, non saturantur, vel ut vox Hebraea sonat mites, & mansueti ut Hieronymus, quia optima ad hoc Sacramentum dispositio est mansuetudo animique lenitas: qui Deum requirunt, dicuntur laudari. bene Augustini ab Interlineali relatus, saturantur pane caelesti & saturi eructant laudando, qui requirunt eum peri phrasia est, iustorum qui non sua requirunt, sed quae Christi ad Philipenses. secundo, qui non sunt amantes se ipsos, sed Deum 2. ad Thimo. 3. qui non statuunt oculos suos declinare in terram. Psalmus 6. qui non terga vertunt ad Dominum Hier. 32. sed non querunt tantum sed requirunt. Buscan y rebuscā con veras a Dios para seruillo. ac deniq; corda dicuntur viuere, siue ut Euthimus cordis nomine totus intelligatur homo quia est ea pars vitae magis particeps
siue

siue quia ut Augustin. cibus est cordis spiritualis, & nota Hebraice legi auir us eorum efflorescet cor alacritate implebitur contra Rabbi Salomonis, & aliorum errorem, qui ex hoc loco Messiae tempore corporalium abundantiam colligebant, forte cum ex Hebraea Roberti Stephani non sit corda. sed uiuet cor uestrum. indicatur unitas cordium, quae in hoc pacis & charitatis Sacramento efficitur.

28. *Reminiscetur, & conuertentur ad Dominum uniuersi fines terra, & adorabunt in conspectu eius uniuersa familia gentium.*

Reddit iterum ad Dei gloriam, & primo reminiscetur, bene Euthimus duplicem significationem huius uerbi actiuam, & passiuam agnoscit, quia in hoc Sacramento fideles memoriam recolent passionis, & e contra Deum eorum recordabitur, & sacrificij eorum nomine pro eorum peccatis oblatis.

Secundo conuertentur omnes qui in hoc sacrificio in toto orbe adorabitur Deus non enim in Iudaea solum, seu in monte Samaritae. sed in omni loco erunt veri adoratores. Familias dicit graece

parentelas las casas enteras. sic notat Eul-
thimius. In conspectu Dei dicit adoratu-
ros, vel vt Augustinus inconuenijs suis
non in conspectu hominum tantum, vel
vt Cassiodorus inuide erabunt, quia cons-
pectus non est nisi per fidem, vel, vt mi-
hi placet summo cultu, & adoratione qua
lem diuinum decet conspectum.

*29. Manducauerunt, & adorauerunt omnes
pingues terra in conspectu eius cadent omnes
qui descendunt in terram.*

Omissis alijs expositionibus in Eugi-
bino, & Genebrardo, ea iuxta eum quem
sequimur ordinem videtur conformior,
quod scilicet Christus letabundus iam vi-
deat impletum, quod futurum prädixit.
Ya veo el mundo comer, y gozar deste Sa-
cramento. Ya veo hincar la rodilla, no
solo la gente comun, sino estos gordillos.
y gente poderosa de la tierra.

Descendentes vocat in terram, siue mor-
tales omnes, qui à natiuitatis die per sin-
gulos ætatis gradus descendimus in sepul-
crum iuxta id Genesis 3. terra es, & in
terram ibis omnes dicit hyperbolicè, id
est plurimi. vt Hieremix 9. omnes adul-
teri

teri sunt, &c. & Psalmo 13. omnes de-
clinauerunt, &c. Bene autem crucifixus
de omnium Gentium, & regum conuer-
sione meminit, quia à ligno, id est, per
lignum regnauit Deus, vnde Isaia 12.
cum de Christi passione actum esset ad-
ditur numero. 15. Ille asperget gentes
multas super istum continebunt reges os
suum. Las pocas gotas de sangre que der-
rara, baltaran a rociar mil mundos in
originali est particula sic, idem sic cruci-
fixus sic ludibrio habitus sic saturatus o-
probrijs, sic in prodigium factus, & por-
tentum, sic eructuarum plenus se timen-
dum, & adeo venerandum prebebit, vt
reges coram eo nunquam hiscere audeât:
Estaran delante del, como vnos esclau-
llos, que no osan chistar delante de su
Señor, & in presenti Psalmo vbi nos le-
gimus cadent in conspectu eius qui des-
cendunt in terram, & anima mea illi vi-
uet in Hebræa regia, & in excusa à Ro-
berto Stephano 1596. sic legitur co-
ram eo genu flectitur omnis qui animam
suam non inuita seruauit, id est, vt in an-
notationibus exponitur, quando ipse

Christus mori vult turpissima morte; cum posset vitam suam in mundo non conseruauit id circo omnes illi subiicientur.

Summum interioris cultus inditium illis verbis indicatur, cadent in conspectu eius, cum enim alij principes in reuerentia argumentum coram Deo orantes in templo sederent. Vt secundo Regum 7. in gressus est Rex Dauid, & sedit coram Domino, & dixit quis ego, &c. Cumque aliquando stantes orarent principes. Vt tertio Regum tertio, Salomon dicitur stetit adoraturus, cumque etiam aliquando genu flecterent, vt patet secundo Regum quinto, vbi Naaman Eliseo dicit hoc autem est de quo deprecis Dominum pro seruo tuo, quando ingreditur Dominus meus templum Remon. vt adoret, & illo innitente super manum meam, si adorabo adorante eoin eodem loco, non ignoscat mihi Dominus pro hac re. No tenga Dios a mal quando fuere al templo con el Rey, y poniendo su mano sobre mi hombro, por no parecer descortes me hincare de rodillas

dillas como el; adoratio tamen exhibenda Christo in Ecclesia a principibus est longe summissior, si quidem cadent in conspectu eius, procidentes adorabunt eum. ita autem procidere magna certe celsitudo est ideo Isaia quadragesimo nono, idem quod hoc loco continetur prædicens reges, inquit, videbunt, & consurgent principes, & adorabunt Dominum Deum Sanctum Israel qui elegit te, hic enim consurgere, & adorare idem est, ac procidentes adorare.

30. *Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi.*

Iterum reddit ad Dei gloriam in Christo, & Christianis in Christo, quia anima eius viuet Deo.

Omito Hieronymum qui animam suam vocat Ecclesiam, & sequor eundem Hieronymum qui propriam Christi intelligit, quæ Deo viuet, id est, ad Dei gloriam resurget, vt Paulus ad Romanos sexto, Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, vel in sem-

piternum viuic Patrem glorificans, vt Theodoretus ; in fidelibus vero quia Christi semen Deo seruiet, semen dicuntur Christi, id est, filij, Ioannis primo dedit potestatem filios Dei fieri, sed heu quam bene seminis, ac filiorum meminit cum nos in sua morte generabat? Isaie 53. generationem eius quis enarrabit? Quoniam abscessus est de terra uiuentium. id est, quis credit quod generet cum moritur ; Y que quando le arrancan de la vida, entonces vaya adelante el arbol, y cepa de su linaje.

13. *Annunciabitur Domino generatio ventura, & annunciant celi iustitiam eius populo qui nascetur quem fecit Dominus.*

Finem imponit Psalmo Dei gloria, quæ finis est Christi operum. annunciant in presenti abseribi enumerari significat, sumpta metaphora ab exercitu, in quo plurima hominum multitudo sub vno scribitur duce nomina militiæ dans quod Isaie 43. numero quinto

quinto dicitur, iste dicit Domini ego sum, & manus sua scribit, &c. Generatio ventura fidelium congregatio nuncupatur, vt Isaia futurum seculum, vel vt Hieronymus, Gentiles vocat venturos ingremium Ecclesie, & quoniam hoc fiet Apostolorum, & Doctorum industria, sicut temporum generationes, & sæcula à cœlorum motu cursuque causantur, sic noua generatio Christianorum fiet medio Apostolorum per orbem cursu qui cœli vocantur, vt Hieronymus, & Psalmus 18. Nam licet in græca Septuaginta lectione, neque in fonte Hebræo, aut Paraphrasi Chaldæa, legatur cœli, sat nobis est esse in Vulgata correctâ, in Augustino, Theodoro, Euthimio, & antiquis. Iustitiæ nomine hic significatur siue gratiæ, qua iustificantur homines, siue equitas qua Deus punit, & premiat. Dicitur populus nasciturus, & factus quia factus secundum carnem, nascetur, secundum spiritum, regenerabitur per baptismum, generatus in

in corpore ; & non ex sanguinibus,
neque ex voluntate carnis , qui iam
ex sanguinibus , & voluntate car-
nis naturali erant, vel quem fecit,
id est, quem prædestinavit ut
Hieronymus.

(†)

PSAL.

PSALM. XXII.

Artificium.

Non editus est hic Psalmus à Da-
uide providente reditum ex ca-
ptivitate Babylonica ut vult
Cassiodorus & alij, quia ut bene pro-
bat Lyra ex Nehemiæ §. Populus re-
diens ex hac captivitate eo miseria-
rum devenit ut aliqui disponerent fi-
lias vendere in servitutem, quod non
quadrat abundantia in hoc Psalm. de
cantata. Editus vero est, ut bene Rabi
Salomon & Lyra à Davide cum moni-
tus a Propheta Gad non mansit apud
Regem Moab ad quem confugerat fu-
giens Absalonem, 1. Reg. 22. Cumque
abi in terram Iuda, confidens de provi-
sione Dei , ut ibi divina Scriptura,
in terra autem Iudæ , & valle Areth,
magnam inuenit rerum omnium abun-

 B b dan.

dātiam, siue quia vt Rabbi Salomon ex antiquorū refert traditione, diuina virtute factus est ille locus fructibus animalibus, irriguisque fontibus abū dās, siue quia solū ipsum à natura ipsa erat fertile vt 1. Reg. 23. indicatur, cū dicitur omne terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri ab Arborib⁹ scilicet fluēs, neq; obstat Psalmo. 62. dici solum illud terram in uiam & in aquosam. cum posset eadē vallis quoad diuersas partes abundans esse & sterilis. In hoc ergo loco editur Spalm. diuinam predicans prouidentiam. Diuiditur in duas partes n. I. a n. I. vsque ad quintum Dei prouidentia ergo suos, in hac vita eos sustentando ac defēdēdo, ostēditur sub metaphora Ouis & pastoris. In 2. a n. 5. vsque vltimum eiusdem prouidentia erga suos in futura vita eos saturitate ac securitate cumulādo, declaratur, sub inuitati

ad

ad conuiuium similitudine.

Domin⁹ regis me nihil mihi deerit.

Ecce primā propositionem probandā scilicet ei qui a Deo regitur, nihil defuturum, Hier *pastor meus græce pascit me.*

Antequā propositam propositionem probem, & metaphoram pastoris & ouis declarem notandum duo oues requirere, ali, ac defendi, optimique pastoris esse pascere ac defendere, sufficiat Ezechiel cap. 34. vbi ad litteram de Christo pastore agitur, iuxta omnes suscitabo super eas pastorem vnū id est vnico, y raro de singular prouidencia qui pascat eas seruum meum David, &c. *ponā eos in circuitu collis mei benedictionem, deducā, Imbrem in tempore suo. pluuie benedictionis erunt dabit lignum agri fructum suū & terra dabit germen suum. Ecce pascua & cibo. ū abū lātā, nō erūt vltra in rapinā*

Bb 2 ingen-

*in gentibus, neque bestiae terrae demora-
bunt eos habitabunt confidenter absq[ue]
ullo terrore. Ecce securitatē. Quae duo
breuius infra iūguntur non erunt im-
minuti fame in terra, neque portabūt
opprobrium gentium.*

In loco pascuae ibi me collocabit.

*2. Super aquam refectiois educa-
uit me animam meam conuertit.*

Ecce primū quod in prouidentia circa
oues requiritur loc⁹ pascuae. S uelo fer-
til, y tierra d pastos. Aquila, & Simach⁹
in venustate herbae. Hierony. in loco
viridi, Hispane, que belleza de yerua.
Aqua refectiois dicitur id est quae si-
tim explet viresque reficiat, graeca vox
seant, requiem, id eo graece, & Chalda-
ce *quietū* vnde aliqui explicant de tra-
quillo aquae decursu quo gaudent o-
ues, sed melius de quiete, & requie qua
praebet aqua bibentibus eam. *Anima
conuersa dicitur vel vt Hiero. Refec-*

ca

ta, vel vt Chaldaeus restituta, quae pra-
fame corporis illud videbatur reliquis-
se cibosumpto reuertitur quod etiā in
cibi praestatiā dicimus hispane, Vn m⁹
jar q̄ basta a boluer el alma al cuerpo:
Et nota non solum beneficium esse
cibum ac potū praebere, sed id ita faci-
le praebere vt neq; de fatigationē itine-
ris sēteat ouis, sed ita lēto ducatur gra-
du vt in loco pascuae videat collocata
& super aquam refectiois educata, vel
Chaldaeus deducta, attinet enim ad Deū
prouidentia, omnia cum suauitate dis-
ponere & in orbe terram ludendo cū-
sta componere non secus ac pastor
qui canendo dulciter lente ambulādo
oues collocat in loco pascuae.

*3. Deduxit me super semitas iusti-
tiae propter nomen suum.*

*4. Nam & si ambulauero in medio
vmbrae mortis non timebo mala quia
tunc cum es.*

Bb 3

Ecce

Ecce 2. providentiæ partem scilicet defendere & quoniam duo possunt qui bus maxime leditur tum itineris asperitas si per de via, a cliuia que montiũ ducatur, tum lupi in obscura noctis medio. Sic Dauidi, ea occasione qua Psalm. edidit, duo precipue nocere poterant. Primum si apud Regem Moab mansisset populus; periculum erat incidendi in Idololatriã, cum dolatrarum consortio, quæ fuit potissima causa cur à propheta Gad monitus Moab reliquit ductus ergo est per semitas iustitiæ id est iustas non precipitationi expositas *sacome de los peligros de estar entre gente ocasionada, y echome por camino llano, y sendas derechas sin peligro.*

Secundum periculum erat in hostium dentes incidendi, sed pastoris tũ presentia tum vigilantia tutam reddit ouem, *unque sea media noche en este valle obscuro como boca de lobo: se*

curus sum quia tu mecum es id est mihi tuo favore ades, siue vt Hispanice *est ad comigo*, id est *at eded* sic tu mecum es, id est vigilas & qui Regis Israel intendis & deducis velut ouem Ioseph. *Virga tua & bacul⁹ tu⁹ ipsa me cõsolata sũt.* De virga meminit seu baculũ quod gestat pastor, quia eo vtrũq; mun⁹ exercet, ouis dirigitur ad pastũ, & lup⁹ arcetur à grege sic Aug. hom. 2. in Apocal. Virga, inquit, ferrea & lupos arcet, & oues dirigit, vt merito dici possit Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt; habet græca vox etiam ad monere, vbi scilicet sit loc⁹ pascuæ. Fauet vocũ hæbraicarũ significatio nã vt bene notauit Card. Tol. in c. 9. Lucæ notati 6. Virga propriè instrumētũ ad puniendũ, bacul⁹ ad fulciendũ significat d. I. Paul. I. ad Cor. 4. vultis in Virga veniã ad vos? d. 2. Tob. dicitur baculus senectutis parētũ, licet apud græcos, idē nōen rãdos percutiētẽ Virgã & baculũ

scilicet, ideoq; apud Lucam Apostoli prohibetur portare virgam scilicet ad percutiendū, cū tamen eis apud Marcū concedatur virga, id est, ad sustentandū, ergo duæ illæ virgæ Zachariæ i. decor & funiculus gregē Christi cōsolatur quia funiculo seu virga puniuntur impij decore seu baculo, diriguntur oues

5. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulam me. Impinguasti in oleo caput meum, & Calix meus inebrians quam preclarus est.

Ecce 2. partem Psalmi. in qua ouis metaphorā relicta ad inuitantem ad conuiuium progredi videtur similitudo.

In cuius declaratione duplici via nobis incedendum est. Et enim cum constans sit apud omnes ex abundantia & securitate, qua in valle *Areth* fruebatur ad supernaturalis, & altioris prouidentiae considerationē Davidis mentem fuisse erectam, Alij ad Eucharis-

tiam

tiam alij ad beatitudinē referunt: neq; mirum cum altera sit pignus alterius. Si de beatitudine velis exponere habes pro te antiquissimum Didimum Theologum, quem refert ac sequit flaminus, & iuxta hunc sensum notandū in quo hæc cum prima prouidentia cōueniat in quo differat. Primo enim in utroque maxima est abundantia, sed in hac vita loc⁹ pascuæ proponitur, id est rerum temporalium abundantia quæ sunt huic nostro statu proportionata, vt Ambr. circa id Gen. olera virētia dedi eis, notauit. In futura mēsa paratur cibus referta, id est, abundantia nō instar prati sed mēse lautissimæ, vt cum Lucæ 22. dicitur ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Et c. 14. sub parabola cænæ: vide Prouerborum 9. & Isaia 55. quod in maiorem illius status dignitatē cedit.

B b 5

Se

Secundo hic est abundantia herbã
 quæ spõte nascitur & quam ouis nullo
 præcedẽte labore vescitur, sin fer guisa
 das, ni molidas, &c. Sic Deus suos bo-
 nis replet in hac vita, liberaliter cõces-
 sis, sed bõnorum caelestium abundantia
 maximo est cum labore parata, ideo cõ-
 paratur pani, oleo, ac vino, quæ Cibus
 sũt, post magna tormenta, neque pane
 oleo aut vino fruitur Agricola nisi
 post in gentes sudores. 3. D. uid solũ a-
 bundantia rerũ, ad sustẽtationẽ necessa-
 riarũ fruebatur, eĩbolicilicet ac potu,
 sed in futura vita nõ cõgrua tantũ sed
 delitijs affluẽs sustẽtatio paratur, ideo
 meminit vnguẽtorũ cõiui aliũ vt mos
 erat palestinis, Luc. 7. & 1. Reg. 12. vbi
 Samuel Iudæis predicat fore vt Rex fili-
 as faceret vnguẽtarias. Vide patrẽ, Pra-
 do in id' Ezech. 23. Mẽsa ornata est an-
 tete posuisti vnguẽtũ meũ super eã hoc
 ex Lucretio, Athæneo, Plinio, Amos 6.
 n. 6. Ecclesiã. 9. n. 8. probantẽ. Itẽ futu-

ra cũ presenti prouidẽtia cõuenit in se-
 curitate quæ ex Dei presentia habetur,
 sed lõge diuerso mō. 1. quia nũc securi-
 tas nõ ex cibi oritur abũdantia, imo sæ-
 pe lupus pinguiorem inuadit ouem,
 sed ibi ex mẽsa oritur aduers^o oẽs, qui
 tribulãt securitas, siue quia ex æterno-
 rum bonorum fruitione oritur in pec-
 cabilitas, cumque foelicitas sit per vi-
 sionem Dei dicitur mẽsa parata in cõs-
 pectu meo, id est ad cõspectũ, siue quia
 in hoc etiã statu contẽplatio solum il-
 li^o mẽsæ homini vires præbet aduers^o
 hostes, à quib^o impediri potest quomi-
 nus ea fruatur; illorũ itaq; bonorũ pos-
 sessio in peccabilẽ reddit hominẽ & eo-
 rũdẽ cõtẽplatio vires nũc præbet ad nõ
 peccadũ. Et nota obiter, Hebraicẽ esse
 parasti mẽsã mihi ex aduerso molesta-
 torũ meorũ. quasi dicat: a la cara de mis
 enemigos me hazes mil fauores: quod
 cedit in maius beneficiũ meũ, & suppli-
 tium sorũ.

Secun-

2. Tota ovis securitas est ab extrinse
eo, scilicet, a protegente pastore cum
sua viribus armisque carcat, at beatus
securus est, in se armis gloriæ munitus
cui nullus nocere poterit tū quia mēsa
qua velicitur fortissimū illū reddit ne
q; enim Deū clare videre, & illū offen
dere est possibile tum quia sicut Atle
æ oleo delibuti reduntur fortiores sic
delitiæ illæ quæ, instar olei, intima ho
minis penetrant, cunctos sensus vi sce
raq; suavitate complēt fortissimū etiā
reddūt ad nō deserēdū tātā voluptatē.

Tertio denique ovis & si à lupis se
cura sit est tamen alijs innumeris in
comodis exposita ac laboribus quos
non potest non sustinere, quales sunt
æstus frigus & alia; sed ibi Calix me
us. (August. legit tuus, & Ambrosius
cum græco & Psalt. Arabico & Roma
no, sed idem est sensus, id est poculum
quod tu mihi præbes) Inebrians: id est

ita

Ita me totum tenens delitijs afficit ut
neque sentiam neque sentire possim
illos labores. Idē est in presenti pocu
lum vel Calix & alibi torrens volupta
tis quo inebriantur justī, quia vel mi
nimus gloriæ haustus inebriare suffi
cit hominē; à hac celebrietate op
time Aug. etiam de Agone Christiano
1. p. q. desideramus (inquit) vitæ
fontem ubi sobria ebrietate inunde
mur, talis namque ebrietas non cues
cit mentem, sed rapit sensum, & obli
vionem præstat omnium terrenorum,
Plato. lib. 2. de republ. beatos in San
ctorū conuiuijs collocat corona, imo
quia facit magna sēper in voluptate E
brios bibere existimat, inque pulcherr
mū virtutis præmiū æternā ebrietatē,
imo Horat. 1. 3. ode 8. Cæsari Augusto
inter Deos tribuēs beatitudinē sic ait
Quos inter Augustus recumbens pur
purco bibit ore nectar.

Quam

Quam præclarus est non legendū est admiratiuè vel interrogatiuè nam græca dictio sonat quam optimus, id est valde optimus ideo Cypr. l. 2. Epi. 3 legit Calix tu⁹ inebriās perquam optim⁹. Qui de Eucharistia voluerit ex ponere autores habebit Cassiodorum Interlinealem ex mente Aug. Paschali l. de corpore & sanguine Domini Stephanum l. de sacramēto altaris Ep. 19 & missā qua Aethiopes communitè vtuntur, quæ habentur To. 4. Bibliothecæ sanctorū & optimæ quidem saturitas ac securitas Eucharistiæ adūbratur, etenim est mensa conuiuium splendidum & *aduersus eos qui tribulāt* Isaia 33. num. 16. iste in excelsis habitat munimenta saxorum sublimitas eius panis ei datus est, aquæ eius fideles Regem in Decore suo videbunt &c. quod Deut. 33. adumbratum fuit dum dicitur (Benjamin in cuius sorte

te

te templum erat ex structum) amātiſſim⁹ Dñi habitabit cōfidēter in eo quasi in thalamo tota die morabitur.

Eucharistia dicitur inebriare siue vt Paschali⁹ vbi supr. quia sine ebrietate nō editur dignè affertq; id Cant. 5. comedite & in ebriamini charissimi. quē locū & in simili expositione de Eucharistia interpretatur Theodo. Pselus & Nissen⁹ siue vt D. Algenus l. 1. de Sacramēto Epi. 19. Calix dicitur inebrians ab effectu quia sui amoris feruore mēs in ebriatōniū terrenorū obliuiscitur: bene autē ebrios hac ratione facit Eucharistia, quia vt Paul⁹ ad Hæb. 13. habent⁹ altare de quo edere non habēt potestāte qui tabernaculo deseruiūt Omissis alijs expositionibus id est, qui carnalib⁹ delectationib⁹ inseruit, corp⁹ enim tabernaculum dicitur 2. Petri 1, *Velox est depositio Tabernaculi mei* quia in ipso tanquā in bello pugnam⁹

&c

& quia modicum durat. Idcirco denique inebrians id est vsque ad facietatem expellens sitim vt vim vocis agnoverunt Hieronymus in id Hiere. 31. inebriavi animam lassam, & Aug. l. I. questio. in Genesim q. 144. in id Psal. 43. Biberuntque, & inebriati sunt cum eo.

Cur autem preclarus dicatur bene Odon Camaracensis in Sacri Cañonis expositionem ad comparationem (inquit) eius quem obtulit Melchisedech vel propter peculiarẽ illi^o cui offertur & qui offert maiestatem, siue vt Gauden- tius Episcopus Brixienſis tract. 2. de lectione Euangelica tom. 7. Bibliothecę id eo est proclarum poculum Dei inebrians, quia sobrias efficit bibentium mentes diuini potus ebrietas, si dicta de Scriptura & verbo Dei malueris interpretar in qua est etiã saturitas, & securitas, vide Hieron. ac Theodoretum si vero de Incarnatione plena ferculis
vide

Vide Bernardum sermone in cæna Domini fo. 1295.

Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ & vt in habitem in Domo Domini in longitudinem dierum.

In prima expositione de beatitudine quam ego potissimam sequor cum mentio de hospitiis & conuiuiis facta sit quidquid defectum in his sonare poterat reijcitur. Primo erubescit homo non inuitatus in conuiuium se obtrudere, deinde & si semel fuerit inuitatus, conuiuiumque fuerit splendidum, finitur tandem, & ex conuiuij abundantia ad solitam redire miseriam, solet esse molestum, at in hoc conuiuiis misericordia Domini subsequitur, proprie persequitur in vita, imo vt habetur in Euangelio mittuntur serui, qui compellant intrare ad cænam magnam quos cunque inuenerint, idque non semel

aut iterū quod posset Vrbanitati attri-
bui, sed semper omnibus diebus vita
mea, deinde qui sic inuitatur nō vt hos-
pes manet, sed habitat vt domesticus
in domo domini & in æternum durat
conuiuium, quim ad prillinas miseras
conuiuia vnquam reuertatur.

P S A L M. XXIII.

Artificium.

A Beant qui duos primos numeros
huius Psalmi tantum legentes di-
xerunt in eo generalis Dei domi-
nij super creaturā omne materiā cōti-
neri, cū reliquæ Psalmi partes lōge pro-
grediantur vltcrius. Ab eat Rabi Sa-
lomon a Lyra relatus, dicēs cōstructo
templo per Salamone m cū arca porta-
retur à sacerdotibus, ianuas seclausisse
aper-

apertas autem fuisse cum sacerdotes
canerent id Psal. 131. *Propter David
seruum tuum non avertas faciem
Christi tui* quod spiritu prophetico
preuidens David hunc Psalmum edi-
dit, portis dicens vt eleuentur, &c Sed
hoc est cōmentum hebreorum ne-
que enim scriptura id miraculum pre-
termisisset cum 3. reg 8. de nebula im-
plente domum domini & 2 paralip. 6.
de igne celitus delapso meminere?
qui vero hūc Psalmū de Christo resur-
gēte & ascendēte in cælum exposue-
rit multos habebit authores, Vide
Iansenium, illique fauebit titulus
non in fonte inuentus sed ab aliqui-
bus additus I. *Sabatbi*. Qui vero de
eclesie mirabili edificio quod Deus
precipue in habitat quod quantum
est ex parte sui habitatores pete omni
pietate cultos ad quod amplificandum
reges terræ inuitantur, vt denuo in-

noua regna vt nouā edificiij partē Chri-
 ſt^o colēd^o ingrediatur, qui sic, inquāvo-
 luerit interpretari pro se habet cōmu-
 nē scripturæ Phrasim qua ecclesia edifi-
 cio cōparatur, fauetq; Apoca. 21. Iussu
 lit me in spiritu in montē magnū & al-
 tum & cōstēdit mihi ciuitatem sanctam
 Hierusalem.

Ego vero cōmuniōrem patrum se-
 quē interpretatiōnē nouū fortasse in-
 terpretandi modum inuenio, existimo
 enim respexisse Dauidem ad montem
 Sion à Deo electum habitaculum vt
 à Iudæis structo templo speciali cultū
 coleretur quo ex domo Obēdedōnis ar-
 ca fuerat Translata. & diuiditur Psal-
 mus in tres partes in I. in num. 1. & 2.
 agitur de dignitate & excelentia illi^o
 sacri loci in quo templum ædificandū
 erat, in secunda per quator sequentes
 numeros propheta sacerdotes aloqui-
 tur precipuam tēpli partē, & per dialo-
 gif;

gismum docet, qua pietate, & religione
 sancta tractare debeant, & quem fru-
 ctum ex eo templo percipient. In 3.
 Dialogistica etiā forma ad docendum
 aptiori (quia dubitatione ac solutione
 constat, meliusque percipimus de quē
 bus antea dubitauimus) ad seculare
 brachium, Iaciosque Principes Salo-
 monē scilicet, & cōsiliarios sermonem
 conuertit monens pro virili parte res
 templi tueri, & amplificare, & quem
 inde fructum percipient declarans.

*Domini est terra, & plenitudo eius
 orbis terrarum, & vniversi qui habi-
 tant in eo.*

*2. Quia ipse super Maria funda-
 uit eum, & super flumina prepara-
 uit eum.*

Ecce primā partem Psalmi in qua
 dignitatem illius sacri montis in quo
 ædificatum est Templum & Deus pre-
 cipue collēdus miro ingenio a dūbrat

etenim eū Dominus Deus sit terræ, id est totius elementi, & plenitudinis eius id est omnium quæ in eo continentur sic enim vocant Hebrei quod implet vacuum rei continentis, forte auri, & argenti preciosissimas fodinas intelligit, quæ terræ viscera implent, orbisq; terrarum, græcè cūmena, Hebraicè tebel, latinè telluris, id est eius elementi partis, quæ collitur & habitatur, cū ergo Dominus sit omnium siue quæ coluntur, siue quæ non coluntur terrarum, ipse Deus fundavit habitabilem terram super maria (I. iuxta, vt Psal. 136. super flumina Babilonis & 135. firmavit terram super aquas, vnde Exo. 16. sedere super ollas carniū & Luce 2. vigilare supra gregem & Ioānis 4. sedere supra fontem) cum enim naturalis terræ situs sit infra aquas, quia inferius est elementū atque adeo ibidem initio mundi con-

stitutum

stitutum, atam en animalium commoditati consulens quasdā terræ partes super aquas stabilivit & sic locū minimè naturalē sed diuinitus concessū donauit; alias terræ partes aquis reliquit submersas alias mari fluminibusque eminentes cōstituit. Hac r. cōparationis parte proposita nobis relinquit Dauid accommodationem, etenim cum Iudea omnis domini sit, quia ab ipso condita legibusque instituta est, tamē quādam Iudæe partem, montem s. Sion, a reliquis partibus segregauit, quam sacerdotes, Deusque ipse coleret, & habitaret, quantumque distat tellus ab ea elementi parte, quæ mari subijcitur aquis obruta, tantum hic mons dignitate, cōstitutus super omnes terræ plagas distat ab alijs vrbibus ac locis. partim criminū partim negociorū fluctibus obrutis, vt quæ speciali Dei priuilegio factū est illud discrimen à Deo, qui vt po-

Ge 4 te

te omniū Dominus poterat mare super
tellurem hanc constituere, sic inter re
liqua Iudeæ loca omniū Dominus hūc
montem sibi constituit, &c?

Nota vt scrupulus in hac expositio
ne tollatur illam causalem quia non
esse apud 70. nec græcos quod est indi
cium Euphoniæ solum gratia vt sæpe
alias positam esse in Hebreo Textu.

3. *Quis ascendet in montem Domi
ni aut stabit in loco sancto eius.*

Ecce secundā partem Psalms in qua
sermo est de precipua parte templi, sci
licet sacerdotibus, sic inter alios Euthi
mius qui per montem Domini tēplum
per locum sanctum intelligit altare.
Queritur ergo quis sit huius templi
dignus minister? stare namque in loco
sancto de sacerdotibus dicitur in scrip
tura 3. Reg. 18. numer. 15. ait Elias vi
uit Dominus in cuius conspectu sto, &
Eliseus 4 Reg. 30. num. 14.

Inno-

4. *Innocens manibus, & mēdo cor
de qui nō accepit in vano animam suā
nec iuravit in dolo proximo suo.*

Respondet omnem integritatem re
quiri in sacerdote opere, & corde, &
lingua contentā, operibus innocēs, sit
nulli malum inferēdo, corde mundus
nulla desiderij labe infectus, neque ver
bis falso iurans, in quo quia duplex in
venitur iniuria, prima illata Deo, ideo
dicitur non accepit in vano animam
suā. idest Dei, vt sæpe, vide Iob 37. qui
in manu omniū hominum signat vt no
uerint singuli opera sua. idest ipsi Dei
vt patet ex græco: numquam ergo fal
so iurans dixit, viuit Dominus, viuit
Deus, &c.

Secunda proximo ipsum decipiēdo
ideo additur nec iuravit in dolo pro
ximo suo. His tribus similia sunt dicta
Psalms 13. quis habitabit in taberna
lo tuo? qui ingreditur sine macula, sci

cc 5 licet,

licet cordis qui operatur Iustitiam scilicet manibus, innocens qui loquitur veritatem, scilicet non jurans in dolo proximo suo. His tres sacerdotis virtutis inquit Apostolus ad Heb. 7. num. 27. Talis enim decebat nobis esse Pontifex Sanctus, proprie, vt Theophilactus qui nihil eorum quæ facere debet, omittit, que haga el deuer ecce manus *innocens* grece achachos i. sine dolo neminem decipiens, impolutus *amiantbos* i. nulla sorde mundus.

Nota Chaldeum légerè non iuravit falso addamnationem anime sue i. *No dixo Dios me condemnesino es verdad, vel, no juro falso con graue dañ de su alma.*

5. *Hic accipiet benedictionē à Dño & misericordiā à Deo salutari suo.*

6. *Hæc est generatio querentium Deū querentium faciem Dei Iacob.*

Ecce fructum percipiendum à sacerdote-

sacerdotibus ascendentibus in montem, stantibus in loco sancto, manuū innocentia, cordis munditie, & linguæ veritate præditis. Duplex autē fructus assignatur generalis, in quo plurimi particulares claudū ur primº Deo, secūduº hominibº esse gratos, & acceptos. Cū enim benedictio, in scriptura significet sæpe laudē vt eccl. 45. n. 5. & 47. n. 7. & I. Machab. 2. n. 7. ad Rom. 16. n. 18. accipere benedictionem à Deo erit. *Ser bonrados de Dios que haga caso de ellos.* Hominibus grati erūt, quia scilicet omnes dicent, hæc est gēs, quæ specialē notitiā Dei hominis habet, hi sūt homines qui in misterijs quæ tractant, & sacrificijs quæ faciunt, Deum hominem quærunt & faciem tuam, o Iacob. o vere Deus homo, inquirunt, siue vt hebraicè, quærēs iucūditatē faciei eiº in æternū: *esta es vna gēte q̄ ada en busca del alegre tiempo de Dios visible.*

Vel

Vel cum benedictio sonet in Scriptura dona gratuita vt Genes. 33. num. 11. ad Rom. 15. num. 21. & misericordia significet iustitiã. I. quando res aliqua datur misericorditer, quæ tamẽ aliquo titulo debebatur sic enim elemosina dicitur iustitia in Scriptura. Iustitia eius manet in seculũ seculi, in presenti loco misericordia, & iustitia est hebraice, & Chaldaice, & sensus erit, que el sacerdote recibira de Dios.

Bendiciones de gracia, y misericordias de justicia I. lo que el sacrificio merece, y lo que por lleuar el presente, Dios le dara de gracia.

Nota chaldaice haberi accipiet benedictionem à conspectu Dei & Iustitiam à Deo redemptore suo, grece soteros I. saluatore. Quasi dicas, non es posible menos sino que el andar siempre a vista de Dios le trayra vna bendiciõ de Dios de bienes, y de Chri-

sto su redemptor cuyos misterios tra tan le hara sancto, y justo.

7. *Attollite portas Principes vestras, & eleuamini porte eternales, & introibit rex gloriæ.*

Ecce tertiam partem Psalmi in qua ad seculare brachium Principes que laicos sermo conuertitur, vrgetque Dauid vt seduli incumbant operi, & festinent ædificiũ ad cacumen perducere. Duo iubet alterum Principibus vt attollant portas, alterum ipsis portis vt eleuentur. Pro quo sciendum quid portarum nomine importetur? alij baluas intelligunt ac fores domorũ vt Psalm. 106. contriuit portas creas, & ita portas attollere erit, que sean las puertas altas, y descolladas, portasque leuari, que suba el edificio con altas, y famosas portadas. Alij per portas aprius intelligunt non tam fores, & ostia quã introitum, & ingressum, las entradas de

1a Ciudad, o Templo, vt Genes. 28. non est hic nisi Domus Dei, & porta cæli, *1. la entrada, & Math. 7. Porta cæli dicitur Angusta. 1. el camino, y entrada,* ergo attollere portas erit, *Hazer grandes, y espaciosas entradas del Templo.* Quod est regalis ac magnifici ædificij. Veldenique per portas significatur ipsum ædificium, & quod intra ipsum clauditur, Vt Genes. 23. possidebit portas inimicorum suorum. *1. Vrbes* Psalmo. 66. diligit Dominus portas Sion. *1. ipsam Sion;* ergo attollere portas erit ædificium erigere. Nota *1. dum regem gloriæ nominat indicare a deo regale ædificium debere extrui, quia regem istum gloriosum ita decet vel iuxta Augustini mentem regem in quo sine superbia gloriemur. 2. Un rey que sea nuestra honra, y gloria.* Secundo portę dicuntur æternales quia portę eius domus in quam arca ex Du

mo

mo Obededon translata est per multa tēpora essent duraturæ, quasi non iam arca hospitium habebit in Silo, Gabao vel Nobe sed habitabit, fixamq; habebit sedem in templo. Tertio rogabis cur portarum solū meminit non atriorum, vel claustrorum, &c. Respondetur, quia in proportionato ædificio foribus eminentibus domus ampla respondet, ne ille alter dicat ocules oculte portas nequando egrediatur ciuitas. *Tanto mōta hazer magnificas puertas, que famosas casas.* Absit namq; à Domo Dei hypocritis, vel ædificiorū.

Quator rogabis, quorsum cum principibus iubeat portas attollere, ipsis portis postea dicat, vt eleuentur? Respondeo primo si illum redolere poeticum cū in animatis sensum tribuimus. Secundo indicari rem esse adeo iustā ac rationi consonā vt ipsa portę se se erigerent si possent, *Si pudieran los cha-*

pite-

piteles del templo, y columnas, ellas se levantarán. Las portadas se hizieran, y las pesadas piedras se subieran a hazer tan deuido edificio, ideo Hebraice leuate portæ capita vestra, erigimini Ianuz Tēpli, & Chaldeus leuate portæ domus sanctuarij capita vestra, & erigimini partes mundi. Descollaos, tenant ad vuestros chapiteles, y remates.

8. *Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis, & potens dominus potens in prælio.*

9. *Attollite portas Principes vestras, & eleuamini portæ æternales & introibit Rex gloriæ.*

10. *Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.*

Ecce fructum percipiendum a principibus ex templi erectione. Quod scilicet, Deum ibidem habebunt potentē ac fortem, chaldeus authorem fortitudinis qui potentia sua eos in prælio tu-

catur

catur. Dominus est virtutum I. erit vobis maximæ virtuti ac potentæ, & rex gloriæ, scilicet in se gloriosus & gloria vos aficiens, *Y el que aqui teneyz en el Templo, andaré con vosotros en los exercitos.*

Nota in Hebreo post hæc verba sequi Selah. & apud Hiero. semper quasi dicat licet sic vobis Suaseram templi constructionem adeo magnificam, vt rex iste gloriæ ingrediatur, aduertite regē esse gloriæ semper, i. licet illi nō struat domum, *No pende su authoridad il lustre del que le dieredes con vuestro Templo, no es como vosotros cuya authoridad en gran parte pende de los palacios, y alcaçares, ipse enim semper I. ante templi ædificium & licet non edificetur, est semper rex gloriæ.*

PSALM. XXIII.

Artificium.

D d

D v.

DVplex artificiū video in hoc Psalmo literarum alterum, alterū, vero terū, primū constabit cuius hebreas literas, vel primo ribus, vt aiūt labijs degustanti, sunt 22. versus ordine Alphabetico dispositi & viginti duabus literis hebreis correspondentes de quo vide Lyrā solū audi Ambrosiū qui Prologo Psal 118, causam redit talis artificij, quo inquit per singulas hebreorū digessit literas. Vt si cur paruulorū ingenia primis literarū clemētis asuelcunt discendi vsū assumere, ita etiam nos huiusmodi elementis vsū discamus viuendi, hæc ille.

Secundum vero difficilius est inuētu nam plerique primo contenti satis magnum artificinm arbitrantur ordinem Alphabeticum vt in Alphabetis Bona Venturæ sententijs dissolutis cōstante. Sed certe manus redolet ingeniū & sub literarū dispositione rerū aptus ordo

ordo claudatur nam primum vt est facile nisi secundum adiungas videtur puerile.

Omissio ergo primo. Circa secundum, quid quid alij sentiant, existimo in hoc Psalmo contineri orationem qua David à Deo petit doceri Theologiam moralem quæ ad officia, & rectam vitæ institutionem pertinet. Suadet id mihi toties inculcata vox instrue me, legem da, dirige, &c. Eratque valde vero simile Davidem intor periculis in peccata odij, & aliarum rerum incidēdi constitutum specialem circa hoc instructionem à Deo postulasse.

Iuxta hoc ergo Psalmus diuiditur in quatuor partes in 1.a num. 1. vsq; ad quintum continetur exordium orationis quæ eius expositio in 2.a nume. 6. vsque ad 9. proponit magistro ne discipuli respiciat tarditatem, & peccatum, sed suam magistri bonitatem, &

discipuli discendi studium in 3. parte
 a numero 9. vsque ad 14. continetur
 omnis quam optat doctrina. Circa
 Dei timorē, & spem, ille iustitiam, hæc
 Dei respicit misericordiam, & vtriusq;
 bona recēsentur. in quarta deniq; iam
 edoctus David quasi audita recolens
 actus elicit timoris & spei.

1. *Ad te domine leuavi animam
 meam.*

2. *Deus meus in te confido non eru
 bescam.*

3. *Nēque irrideant me inimici mei
 etenim vniuersi qui sustinēt te non cō
 fundentur.*

4. *Confundantur omnes iniqua a
 gentis super vacue.*

Ecce primam partem, & orationis
 exordium, in qua perfectæ orationis at
 tende circumstantas, leuavi, inquit, ecce
 at cētam orationem, vt Genebrardus, le
 uavi, ecce affectuosam neque enim ma
 nus

nus

nus aut lingua aut oculus dicuntur le
 uati ad Deum sed anima ipsa. Vide Iā
 senium, leuavi, inquit, Ecce orationē
 rebus inferioribus difidentem vt bene
 Euthymius, leuavi ecce orationū quā
 puritas operum precedit vt bene Ar
 nobius, dumdenique leuavi dicit, non
 leuo satis indicat quod spirituales vi
 ri docēt, ad orationem mentem iam le
 uatam deferri debere, non leuandam.
 Perpende orationis comitem perseue
 rantia, id enim verbum sustinēdi signi
 ficare preter Aquilam, quē refert & se
 quitur Euthymius, docet ecclesia, quæ
 in introitu Dominicæ primæ Aduen
 tus legit ex hoc Psalmo vniuersi qui
 te spectant non confundentur, non e
 nim hic confundi debent sed qui ini
 qua agunt super vacue, id est, *inmerito
 sin que, ni que no.* Vt Euthymius, & fla
 minius vel vane & inaniter vt Hebre⁹
 & Augustinus vtrumq; sensum græca

D d 3

vox

vox capit.

Circa illud non erubescant neque irrideant, &c. Aliqui orantis esse verba dicunt aptius vero videtur esse enūciantis quasi dicat, *En Dios confio, y no tendré verguença de auer en el puesto mi esperança, no se rian mis enemigos, ni tienen de que, porque los que fian de ti Señor, no seran uergonçados.* Si diceret non confunduntur non confundi solēt aut debent dicerē preterita verba fuisse orantis, *Señor no queráis que de yo corrido, que no suelen quedarlo los que fian en vos, Sed cum de futuro dicat confundentur lenius procedit sensus, no quedaré corrido, porque los que fian en Dios, nunca lo quedarán.*

Vias tuas demonstra mihi, & semitas tuas idoce me.

5. *Dirige me in veritate tua.*

Ecce propositionem, & substantiam or-

ratio-

rationis. Tria petit primo vt viæ Dei ei demonstrantur, idest omnia quæ Deo placent, vt Euthimius sic hispane, *Mi camino es este*, idest hac mihi placet incidere, vel dispensationes rerum ad quas se diuina extendat prouidentia ita, vt inquit idem Euthimius, quærat his verbis propheta quo nam pacto omnia Dei prouidentia gubernentur vt hispane, *En que anda fulano*, idest circa quæ exercetur, & toto animi studio incumbit? vel quod plus aridet ostende viæ ordinem, tramitem que iustitiæ, quo incedere debemus ad te, sic Cassiodorus, *vias ergo tuas*, idest quas tu qui via es statuisti, *Mostradme Señor el camino Real de vuestra Ley.* Viam enim dici legem patet Ecclesiasti. 5. numer. 7 & Plal. I. num. I.

Non ergo optabat David precepta Dei sed vt bene Euthimius optat operibus adiscere quod libris iam ante

Dd 4

didic.

dicerat, vel vt Iansenius optat interi^o celesti illustratione doceri qui librorū doctrina edoctus erat exterius.

Secundo petit semitas Dei edoceri, idest non solū, regiam cōmunem viam sed circa singulas actiones à Deo illuminari, ne in aliqua labatur in sciens, vt Euthimius, vel semitam intelligit; non solum ad salutem necessariā, sed iustitiam excedentem, scilicet perfectionem vt Lyra, siue brebe exigit cōpendium licet sit laboriosum vt adiutam perueniat.

Tertio denique petit derigi in veritate Dei, non sat est aliquem doceri viam nisi errās ab ea dirigatur. Tanta est ad errādum humani ingenij facilitas, sic explicat Euthimius, iuxta septuaginta, deduc me in veritatem tuam ne humanis cogitationibus seducar, alia pro alijs eligendo. Ioannes petit dirigite viam Domino, Dauid petit dirigere

rigi in via à Domino quia vtriusque est necessaria operatio.

Doce me quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.

Ecce secundā partē in qua vt discipulo talis doctoris admitatur ratiōes profert, omissa enim expositiōe Euthymij & Theodoretī illud. Quia, non casualiter sumentium sed substātiue, quod scilicet Deus meus es tu. Aptius cum cōmuni videtur sumere casualiter iuxta vimquam etiam habent particula greca Othi vt notauit etiam Euthimius. Prima ergo ratio est ex parte Dei quia tu es Deus saluator meus nam vt bene Lyra cum homo diuinitus ordine tur ad finem excedētem cognitionem naturalem, vt Isaia 64. dicitur oculus non vidit, &c. ad hunc autem finem in cognitum nullus possit totaliter se dirigere, ideo oportet à Deo doceri ad consequutionem salutis æternæ vnde

Deus quatenus salvator est, & aeternae salutis author debet homines docere finem hunc, & ad illum consequendum media necessaria.

Secunda ex parte sui quia sustinuit tota die, id est semper expectavi à te tota enim die, id est semper significare apud Hebreos bene Euthimius sustinere pro spectare diximus supra, & probat Eugubinus, *Razones Señor me enseñeis, pues tanto desseo, y ansia tengo de aprender, Vel si sustineo idem sit quod tollerare & iuxta Hebreorum morem preteritum sumatur pro futuro sensus erit doce me quia ego te semper sustinebo, Enseñame q̄ yo sufriré qualquier castigo que para mi enseñanza me dieres.*

6. *Reminiscere miserationum tuarum Domine, & misericordiarum tuarum quae à seculo sunt.*

solent ut in schola recipiantur discipuli

discipuli magistrorum laudare in docendo sapientiam quam multos doctrina in buerint, quot discipulos florentes habeant ait ergo David petes à Domino doceri recordare domine qua pietate rudes homines ab initio docueris legem dederis, & Prophetis misteria renellaveris, & inde usque à mundi exordio arcana tua primis parentibus, & postea per manus prophetarum patefeceris vel singulis hominibus legem ac sapientiam praeberis.

Quid inter misericordiam ac miserationem intersit vide apud Lyrā qui misericordiam ad interiorē affectū miserationem ad exteriorē refert effectum. Verba haec nō ad ignarum aut obliuiscum Deū dici sed quia ignorare videtur Deus aut obliuisci quādo quod volūm? nō prestat aut tardi? vide Euth.

Modus ille loquendi quae à seculo sunt Hebraismus est quasi undeusq; à mundi

mūdi exordio hominibus collatæ sunt
vt Genes. 6. nume. 4. isti sunt potētes
à seculo viri famosi I. antiquitus adeo
celebrati, & Lucæ I. sicut locutus est
per os sanctorum qui à seculo sunt. I.
qui ab antiquitus vt licinati sunt.

7. *Delicta iuuentutis meæ, & igno-
rantias meas ne memineris secun-
dam misericordiã tuam memento mei
tu propter bonitatem tuam domine.*

Solet magistrum adocendo aliquem
retardare tum prauī mores, tum rude
ingenium discipuli, cum se ergo Da-
uid peccatis ignorantijque iuuentu-
tis detineri intueretur quominus à ce-
lesti instrueretur doctore diuinam bo-
nitatē imploret, vt nulla peccatorum,
& ignorantiarum consideratione habi-
ta doceatur.

Delicta vocat iuuentutis vel pecca-
ta ex passionum ardore commissa qui
ferbentior est in adolescentia vt Lyra si-
ue

ue ea peccata ad audaciam, vt Augu-
stinus siue ad libidinē vt plerique per-
tineant. Vel secundo delicta iuuentu-
tis vocat, quæ adhuc adolescentulus in
paterna domo cōmissit cum celestium
rerum erat ignarus, vt Hiero. siue deni-
q; delicta iuuentutis sunt peccata qui-
bus à pueritia vel ab ipsa natura depra-
uata dediti sumus vt Genebrardus pro-
bat.

Scio ignorantiarum loco hebraicè,
& à Hieronymo legi scelera mea id sig-
nificante, voce Pitha, ideoque Aquila
preuaricationum mearū Simacus pro
lapsionum mearum Chaldecus rebella-
tionum quasi dicat, *Peccados que no
merecen otro nombre, que necedades,*
iuxta dicta Psal. 53. peccata vero igno-
rantias dici pater in titulo Cantici A-
bacuc oratio prophetae pro ignorantijs
vide ibidem Riberam nume. 30. Dum
iuuentutem nominat, & ignorantiam
forte

forte se excussat etenim peccata in pu-
eritia & ignorantia cōmissa facilem ha-
bent veniam.

8. *Dulcis ac rectus Dñus propter
hoc legem dabit delinquētibus inuia.*

9. *Direget mansuetos in iudicio do-
cebit mites vias suas.*

Habita oratione certissimo sperat
David se à Deo edocendum ; nam
ex parte Dei duo videt in aptissimo
magistro requisita , & ex parte sua
duo alia quæ ab idoneo discipulo desi-
derantur. in magistro dulcedo & recti-
tudo , dulcedine ac lenitate discipuli
feret tarditiam , rectitudine eiusdem
punibit negligentiam, dulcedine amo-
rem, rectitudine obseruantiam concilia-
bit apud auditores. Dulcedo rectitudi-
nis rigorem, rectitudo dulcedinis mo-
litiem temperabit : ergo quia dulcis
& rectus est Dñus legē dabit i. docebit
vt in hebreo est idq; significari legē dari
in

In scriptura in presentidocet lectio A-
quilæ illuminabit peccatores & Sima-
ch⁹ demonstrabit peccātibus viā. No-
taque ex Simacho , & Aquila legen-
dū vias ipsius Dei, quasi omnis doctri-
ni sit, vias ipsius Dei cōsiderare & gre-
sus quibus ipse tendit, meritoq; quod
est apud Hebreos peccatoribus, legim⁹
delinquentibus inuia, quia peccare in
scriptura à verbo Hath. propriè est a-
berrare, decurruare à recto.

In discipulo est mansuetus ani-
mus, ac mens humilis, vn ingenio fa-
cil blādo docil no duro terco porfiado,
dirigi in iudicio est rectā discernendi
inter bonum & malam regulam doce-
ri, vt Euthimius, quā obrē quod dicit
Hebreus humilis, legit vulgata man-
suetus, quia idem vox originalis signi-
ficat, vnde quod Isai. 11. dicitur diriges
in æquitate, pro mansuetis terræ, Sep-
tuaginta dixerunt humiles terræ & quod
dicimus

dicimus Sophonis 2. querite Dominū omnes mansueti terræ ibidem septuaginta humiles, & clarissime Psal. 146. Suscepit mansuetos dominus humiliās autem peccatores.

Vel mansueti dicuntur afflicti, & castigati vt hilpane, *los trabajos al principio espantan, despues amansan,* & dū quis punitur dicitur relinqui, *Mas blando que vna seda.*

IO *Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas exquirentibus testamentum eius, & testimonia eius.*

Eccc tertiam partem Psalmi in qua sūma totius doctrinæ, qua instrui cupiebat David, pro ponitur, peti erat ille vias Domini demonstrari, respōdet vias Domini esse misericordiā, & veritatem, alij dicunt hic doceri in omnibus Dei spiritum misericordiam pariter, & iustitiā elucere. Sed necio vbi id dicatur imo restrictio illa exquirentibus testamen-

mentum eius non sic vniuersalem sermonem esse satis indicat. Euthimius & alij per veritatem promissiones intelligūt, quasi dicat, Deum se erga pios misericordem ac fidelem prebere, misericordia motus gratis pollicetur beneficium, veritate vero adimplet. Vel non solum segerit veraciter ad implendo promissa, sed misericorditer plus donando quā promiserat. Sed nescio hæc verba sic intellecta cum antecedentibus ac sequentibus apte connetere, neq; explicare quorsum viæ omnes & diuinæ providentiæ manus ad hæc duo capita reuocentur misericordiam ac fidelitatē? quare nomine veritatis intelligo iustitiam cū Augustino, interlineali, & Hieronymo, & nomine exquirentium testamentum, & testimonia Dei fideles omnes, qui fædus cū Deo inierūt seruitutis, id enim significat testamētū, quæ Hieronymi litera iuxta hebreum sic

E e habet

habet his qui custodiant verbum ei⁹,
 & testificationem eius ergo axioma
 precipuum ex quo tota Theologia mo-
 ralis pendet hoc est, qui cunque legem
 Dei fuerit profusus hoc sibi habeat
 persuasum Deū semper incedere, aut
 misericordiae itinere benefaciēdo, aut
 iustitiae tramite puniendo, via enim
 dicitur modus procedendi, institutum
 norma que viuendi vnus cuiusque
 vt Genesis 6. omnis caro dicitur corru-
 pisse viam suam, & Psalmo. 9. Vt cus-
 todiam te in omnibus vijs tuis vide,
 Osee 4. nume. 19. Has igitur duas ho-
 minis gubernandi vias idem Propheta
 celebrat Psalm. 100. Misericordiam,
 & iudicium cantabo tibi, & Psalm. 33.
 oculi Domini super iustos, & ex omni-
 bus tribulationibus liberabit eos, vul-
 tus autem domini superficientes ma-
 la vt perdat de terra memoriam eorū
 quibus vijs Christum verum Deum
 inces-

incessurum esse parens Psal. 44. pre-
 dixerat specie tua & pulcritudine tua
 &c. sagitta tuae acuta populi subte ca-
 dent, &c. & Luc. 2 hic stabit in resur-
 rectione multorum, multorumq; ruinā.

11. *Propter nomen tuum Domine
 propitiaberis peccato meo multum
 est enim.*

12. *Quis est homo qui timet Do-
 minum.*

Dei misericordia generat spem, e-
 iusque iustitia timorem, illa confide-
 re facit de remissione peccati, hæc ti-
 mere de punitione delicti cum ergo
 Dei vias misericordiam & iustitiam
 dixisset, ecce de spe peccatorum venig
 & timore commissæ culpæ meminit.
 Dum Deum placandum fore propter
 nomen suum dicit, summa a patet mi-
 sericordia ex sola bonitate absque no-
 stris meritis procedens, hoc autem no-
 men est eius gloria *per quem vos fecit.*

Commentarij

In super dum multum esse dicit ve propitiatur misericordia amplificatur, quæ plus in maioris delicti remissione elucet dum in singulari de peccatis suis loquitur eadem extollitur misericordia quasi peccata multa quasi unicū solū esset remittuntur. Denique dum interroganter loquitur *quis est qui timet Dominum?* aut ostendit paucissimos esse in terra qui alteram viarum domini, Iustitiam scilicet perpendentes timeant ex corde Deum vel quis est I qualis quam felix ac fortunatus vide Genebrardum, quasi indicans, non minora bona Iustitiā hominibus asferre dum timorem incutit quam misericordiam dum spem generat, quod quia difficilior videtur intellectu explicat, legem statuit ei.

Legem statuit ei in viam quam elegit.

13. *Anima eius in bonis demorabitur*

in Psalm. 24.

219

habitur, & semē ei⁹ hereditabit terrā

14. *Firmamentum est Dominus timentibus eum, & testamētum ipsius ut manifestetur illi.*

Timentis Deum bona ad quinque capita reuocantur. Prima sciētia diuinitus ei donabitur ne in rebus quas tractaret, quæ sciētia dicitur sciētia religiositatis cuius initiū est timor Domini, Deus namq; iaterius prescribet, quod facturus sit in via qua ipse homo elegerit incedere. Et nota hominis electioni relinqui viam eligere cæterum in via ab eo electa tenetur leges à Deo prescriptas seruare, vt si dicas liberū est matrimonij aut religionis viam eligere, cæterum matrimonio aut religione electa eorum leges seruare est necesse. Secundo non solum sciētia sed rerum omnium abundantia perfructur, siue in presenti vita prosperat⁹ in ternis diuitijs ac delitijs siue in futura, quia timē

Et 3. et

si Domini bene erit in extremis sic
Chaldeus, & Fœlix vertit anima eius
in bono dormiet eo scilicet de quo in
Apo 14. qui in dño moriuntur. Dñi ani-
mā dicit, in terram ac solidam fœlicita-
tem significat, demorabitur, non cadu-
cam, & fluxam sed perennem denotat
prosperitatem. Non dicit bona demo-
rari in ipso sed animā ipsam in bonis,
quia ita firmasūt, ut si ab eis ipse nolue-
rit recedere, nunquā illū bona deserēt
sicut nec domus habitatorem nisi ab ip-
so deseratur, sic, enim dicitur intra in
gaudium domini tui.

Tertio bonis etiam externis cumula-
bit, quorum maximū aestimatur diues
potens, & copiosa proles, id omne indi-
cat semē eius hæreditare terrā, id est iu-
re hæreditario: *Por ser hyos de quien
son seran señores de la tierra.*

Cum quatuor bona interna quæ perti-
nent ad mentis illustrationē, primo lo-

co enumeraverit, & bona interna quæ
ad volūtatis attinēt voluptatem, in 2.
loco, cum de externis etiam memine-
rit 3. loco parū hæc omnia viderentur
nisi 4. adiungeret quo ista roborentur
ne deficient, scilicet Deum esse firma-
mētum id est robur ut legunt græci, ac
fortitudinem qua in supradictis bonis
cōfirmētur sic Euthimius legit murus.
neque obstat chaldæum hebreumque
legere, arcanum Aquilam & Simachū
colloquiū vel secretum. Forte occasio-
nem dedit variandi hæbraicarū vocū
affinitas. Iaso enim significat firmamē-
tum, so vero arcanum, sed nostra lec-
tio est preferēda, quā Theod., Euthimi-
us, Aug. Hier. sequuntur, & quidē de
secreti reuelatione in sequēti clausu-
la videtur. Quinto denique quia sa-
piens non est qui nescit se scire nec
diues qui numos ignorat nec fœlix si
fœlicitate carere putat, addictorum cō-

plementum additur, testamentum ipsius ut manifestetur illi, velot legitur Euthimius testamentum eius manifestabit eis, lex inquam Dñi declarabit eis quod scilicet Dominus sit fortitudo & reliqua supra dicta præstans: *Tendran esos bienes, y ellos q se lo sabran porque la ley diuina se lo enseñara.* Testamentū esse in nominatiuo ex graeco bene notat Iansen, id est ipsa lex est ut manifestetur timenti Deum supple hoc omne quod dictum est.

15. Oculi mei semper ad Dominum quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

Ecce quartam, & vltimā partē Psal. in qua edoctus iam David vias Dñi misericordiā scilicet, & iustitiā, & act⁹ in nobis generātes spem scilicet atq; timorem quasi lectionem recolens vel ex his principijs eliciens cōclusiones actus elicit spei atque timoris, incipit que

que aspe diuinam implorans misericordiam. Dum oculos dicit ad Deum esse eleuatos affectum de notat spei erectæ. Dum semper addidit, tum perseuerantiam denotat, tum plenam in rebus inferioribus diffidentiam. Dum in futuro dicit euellet, certitudinem innuit spei, qua sæpe quasi futurū predicatur quod fieri postulatur; dum euellendi verbo vitur, & laqueorū meminit, preter quam quod summam de notat miseriam, ut summam excites misericordiam, adeo enim tenaciter laboribus adhæret ut quasi in eis radices altas radices egerit. videtur etiā oculis in Deum leuatis diuinam vidiſſe potentiam, quæ potens sit euellere, diuinam sapientiam quæ sciat laqueos dissoluere, diuinā bonitatē quæ de facto euellet ac soluet, horū eum trium potentix, sapientix, ac bonitatis diuinæ consideratione supra modum hu-

Commentarij

mana roboratur spes.

16. *Respice in me & miserere mei quia vnicus & pauper sum ego.*

Non solum crescit spes cum oculi leuantur in Deum potentem sapientem & bonum, sed cum iisdem deprimuntur in hominem imbecillum ignarum, & malum, sicut enim diuinae perfectionis consideratione hominis animus erigitur sic humanae miseriae intuitione Dei pietas excitatur cum ergo Dauid oculos ad Deum leuasset, & inde spem suam corroborasset, nunc eisdem ad se deprimat, deumque precatur respicere, vt misereatur, etiam si non adderet & miserere, eum respicere Deum optat, misereri etiam petit, ita enim saepe sumitur aspectus Domini vt simul intelligatur & misericordiam praestare Abacuch. 3. aspexit, & dissoluit Gentes, peccatorum vinculis. Vide ibi Riberam.

Quia

in Psalm. 24.

222

Quia vnicus & pauper sum ego.

17. *Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt de necessitatibus meis erue me.*

18. *Vide humilitatem meam ac laborem meum & dimitte vniuersa delicta mea.*

19. *Respice inimicos meos quonia multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.*

Ad tria capita eruminae omnes possunt reuocari, illeque summè miserimus Censendus erit qui 1. interius in numeris conteratur cordis tribulationibus, siue peccatorum recordatione pungente, siue rerum inopia cruciante, & qui 2. exterius hostibus abundet odio in eum flagrantibus, qui denique 3. quod extremum miseriam est interius exteriusque consolatore careat & adiutore sine viribus sine consilio. Cum ergo Dauid Dei oculos implorasset

Commentarij

raisset ostendit miseriam omnibus nu-
meris absolutam vt misereatur. Ter-
tigitur petit, vt respiciat, quia tria sunt
respicienda mala 1. ergo Cum tribula-
tiones cordis dicit multiplicatas pro-
priè, dilatatas, id est singulas cordis par-
tes occupantes, se interius aut pecca-
torum memoria cõteri aut grauibus a-
nimi affectionib⁹ tribulari indicat vt
Eutimi⁹, humilitatē vocat ac laborē in-
teriozem vilitatem ac molestiã contra-
ctam delictis quæ dimitti postulat.

Secundo dū petit vt hostes respiciat
exteriora innuit pericula, dum multi-
plicatos dicit & odio iniquo odientes
quantitatem & qualitatem ostendit eo-
rum, sunt enim multi, & odio ardenti
flagrantes. *Odiū dicit iniquū* vel
quia immerito vt Eutimi⁹, vel quia eo
odio multa bona eis prestita soluebant
vt Lyra. Ac deniq; 3. dū se vnicū vel so-
litarium vt Aquila vel Monachos ve-

Chal-

in Psalm. 24.

223

Chaldæus & Simachus ac pauperem
vocat indicat se adiutore, & conso-
latore carere, vt cum alibi dixit, erue
de manu canis vnicam meam sic Theo-
doretus & Euthimius, vel vnicum di-
cit id est sine hominum adiutorio, pau-
per id est omni presidio destitutus, quã
pulchre Aug. innuit Davidē dum mi-
seriæ rationes affert fauoris causam
referre vnicus namque plus amatus
pauper plus doletur.

20. *Custodi animã meã & erue me
non erubescã quoniam speravi in te.*

Ecce timori affectum ex Iustitiæ di-
uinæ considerationem ortum. Dum pe-
tit custodiri animã satis indicat timo-
rem ne amittatur, ob peccata, & pericu-
lum si quidem Deum ipsum custodem
petit. Dū enim postulat erui indicat in-
seruitute esse, in qua timet remanere.
Illud *quoniam speravi in te* duplicem
sensum habet vel peto à te ne me per-
mit-

mittat cōfundi si quidē ego speravi in te, vel ne ex eo erubescam quod in te sperauerim, à quo liberatus nō fuero.

Sed quoniam spei magis quā timoris affectus Dauidi in Angustiis constituto necessarius erat in eo amplius immoratur vrgetque spem dicendo.

21. *Innocentes & recti ad hæserunt mihi quia sustinui te.*

Quod duplicem habet sensum vel si preteritum pro futuro sumatur, vt sæpe ad hærebunt mihi. *Yo confio en Dios que me he de ver en perpetua compañía de los justos porque puse en ti mi confiança,* facit in hæbreo legi, Innocentia & rectitudo ad hæcāt mihi, abstracta sumit pro cōcretis quasi dicatur. *Aquellos que son la misma innocēcia y sanctidad.* Secundus si de preteritis intelligatur placet Euthimi^o, quasi dicat honesti, Innocētes ac recti mihi amicitia vinculo ad hæserūt,

viz

vidētes me in te cōfidere igitur exaudi me tū vt alij pariter tibi gratias agāt, tū ne a iustitia collabātur cōfusi quod relictis alijs me elegerint, vel; *mirad Sñor q̄ en perderme a mi se pierdē muchos buenos cō quiē ando en compañía, y lo q̄ por mi no merezco, merezca por los buenos.* Vel deniq; si ad timorē velis referre cum precedenti numero, petit Dauid vt illi ad hæcant boni, faueant muniāt, ac protegāt qua nulla potest esse maior protectio.

22. *Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis.* Cū persona sit publica Dauid nunquā ita pro se orat vt plebis obliuiscatur vnde bene in hoc loco Basil. ac Theodoretus Regis est, de subditis omnē curā gerere, nec pro se tantū preces offerre. Vel cū diuisus esset Israel tēporibus Saulis, Misbofeth & Absolonis, si hostes inquā ego superauerim ciuile bellū in Israel cessabit.

PS A I. M.

PSALM. 25.

Artificium.

Licet cōmuniter dicatur Psal-
hunc editum fuisse à Davide
fugiente Saulem & salutem à
Deo implorante. licet Lyra de statu ex-
plicet David quando post Saulis mor-
tem de responso Domini intrauit reg-
num mærens in Hebron cum ad hæ-
rentibus sibi 2. Reg. 1. Ego tamen exi-
stimo hunc psal, editum fuisse à Da-
vide exulante vt Euthimius Theo-
dor. & Flaminius, cumque sæpe exula-
uerit aptius quadrare existimo hysto-
riæ 1. Reg. 27. cum David dixit in cor-
de suo aliquando incidam vna die in
manus Saul, nonne melius est vt fu-
giam & saluer in terra philistinorum?
tunc habitabit per quatuor menses
cum

eum Achri in Geth. data ei vrbe Gige-
leth huius rei probatio erit congrua
Psalmi expositio & partium eius cō-
nexio etenim vir iustus exulans tres
habet potissimas solatii causas. In-
nocentia, absque vllō enim crimine à
suis exulat. Secūda se ita apud Barba-
ros agere vt de eorū impietate non cō-
municet. 3. reuocationis spes & patriæ
sue dulcissima recordatio. Iuxta hæc
ergo in tres partes diuiditur psal. in
1. à 1. vsque ad 4. Innocentiā suam
probat Iuridicè in 2. à 4. vsque ad
sextum philistinorum, apud quos
exulat mores se detestari ostēdit in 3.
templi, altaris sacrificiorum ac deniq;
vrbs suauissima memoria ac spe pa-
riter delectatur.

*1. Iudica me Domine quoniam e-
go in Innocentia mea Ingressus sum
& in Domino sperans non infirma-
bor.*

Ff

Ecce

Commentarij

Ecce I. partem Psal. in qua Innocētiæ suæ causam agit, non apud aliū Iudicem nisi Deū, qui rectissimus est. Cum Iudicare secundum Basilium in Psal. 7. tria significet in scriptura, vel condemnare vt Psalm. 5. *Iudica eos Deus*, vel sentētiā ferre vt Psalm. 7. quoniā iudicat populos, & Isai. 2. non secundum visionē oculorū iudicabit, vel discutere causā, hoc 3. modo explicat Basili. hunc locū, examina, discute, cor meum. Ingredi hebraismus est pro eo quod latini dicunt se gerere. Hispanes, *proceder biē. y andar en buenos passos*. Dū innocētiā dicit ostēdit se nulli intulisse iniuriā, meā additur, inuēs eā virtutē sibi peculiariter fuisse cultam, nō solū autē in innocētiā bene se gessit, sed in Dño sperās nō infirmabitur, *Esperāça en Dios, q̄ por mas q̄ me haçã, no harẽ mal a nadie*, infirmari namque est ab innocētiā deflectere, læditur enim

in Psalm. 25.

228

enim qui lædit, infirmatur qui infirmat *no es laçça el sufrir, sino el hazer mal*. vel spes in Deū remuneratorē, me corroborauit vt perseuerē in hac innocētiā vt Euthimius.

2. *Proba me Domine, & tenta me. Vre renes meos & cor meum.*

Cum Deum Iudicem appellauerit non petit vt dissimulet, in peccatis ve cōniueat, sed vt æquissimum sagacissimumque iudicem agat, probet, tentet, & vrat renes & cor, quoniam aurum dupliciter examinari potest, an verum, an falsum sit? vel si ictu aliquo tãgatur, vel si in Ignem conjiciatur, ait David. Iudica an aurum sit solidum? an vlla culpæ fex in me maneat? idque vel leui labore tangendo, vel igne tribulationis ingentis vrendo, renes, hoc est corpus meum, cor, hoc est spiritum quantū vis enim dolore afficias nullam Innocentiæ læturam inuenies, vel

Ff 2 proba

proba renēs & cor id est exteriora opera & intimos animi affectus, & neque manibus neque animo me ulli læsisse inuenies.

Obiter nota quod ex professo tractat Calsianus, dum prius petit ut probet, quam tentet, prius Deum vires inspicere, quam tētationes mittere, quia ut ait Paulus, non permittet vos tentari supra id quod potestis: nota etiam cū Aug. Interlineali & Eutimio hanc sicut & alias Davidis scientias, in quibus se videtur commendare, non esse animi elationē sed grati animi cōfessionem, vel ut Calsianus non est presumptio iulti, sed certitudo misericordie, id circo addidit in Domino sperans, etc.

5 *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est & complacui in veritate tua.*

Misericordie & veritatis nomine intelli.

intelligitur in præsentī tota diuine gubernationis ratio, quæ proemiorū misericordem largitionem, & suppliciorum veram continet inflictionem, ante oculosque habere & complacere, vel idem profus significant sicut Hispanè, *Tener una cosa sobre los ojos, y estimarla en mucho*, idem est. Senus ergo est, *Nunca be becho agratio a nadie, porque se que misericordiosamente lo pagais, y quan justamente castigais lo contrario?* vel id circo nulli iniuriam intuli, quia vel in probi erant, & sic obuersabantur ante oculos tuæ misericordie quæ improbis etiam bene facit, solē suum oriri enim facies super iustos & in iustos; vel boni & sic placebat tua Iusticia quæ bona bonis tribui Iubet: vel si boni erant non nocebam eis quos tua misericordia plenos videbam, & in quib⁹ miseratōnes tuæ elucebant, si mali erant placebat

Commentarij

cebat tua iustitia cui ego vindictam
relinquebam.

4. *Non sedi cum Concilio Vanitatis:
& cum iniqua gerentibus non in-
troibo.*

5. *Odiui Ecclesiam malignantium:
& cum Impiis, non sedebo.*

Sic hæc cum precedentibus conne-
ctunt aliqui, postquã Deum Iudicem
Innocentiæ constituit, nunc testes ad-
hibet omnium locupletissimos, ope-
ra scilicet, & quoniam per omnia dis-
currere longum esset, unico verbo cun-
ctâ claudit, se scilicet ab impiorum so-
cietate fuisse alienum. Aptius tamen
videtur tunc 2. Psalm. partem incipe-
re. Secundumque hominis exulantis
solatiũ, quod scilicet corpore exulat
non tamen animo, corpore apud Bar-
baros degit moribus ab eis abhorret,
*Ni era vezino dellos, ni lo era de
dos que me desterraro, ni estoy auezim
dado*

*dado en los que me recogieron. Vani-
tatis consilium Saulis conciliũ
& congregationem appellat, si-
ue quia meditantur vana, in ir-
ritum cadent consilia, concilij
huius, vel vanitatis, Porque todo
el odio que tiene Saul conmigo se fun-
da en un punto de vanidad, y honra?
Iniqua gerentes vocat philis-
teos, quia contra Ius fasque
Dei populum persecuti sunt.
Iterum Ecclesiam malignan-
tium Saulis vocat gentem, quia
maligna & falsa invidiose in Da-
videm moliebatur, impiosque
dicit philisteos, in Deum scili-
cet, idola colentes, ergo ex his
constat quod vere exilium nõ*

Ff 4 est

Commentarij

est passus David quia non exultat quis ab iis quorum conciuus non erat, neque ciuis est in vrbe, in qua sedem nō statuit.

6. *Lauabo inter Innocentes manus meas & circumdabo altare tuum Domine.*

7. In Hæbreo sic habetur vt audire faciam vocē laudis tuæ: & enarrē omnia mirabilia tua.

Ecce tertiam partem, Psalm. in qua exul patriæ charissimæ memoria pariter ac spe delectatur. Si lotio hæc manuum ad purificationes alludat sacrificatium, bene Genebr. votum hic fieri existimat, pro liberatione, quod proprium est exulantis quasi

in Psalm. 25.

229

quasi dicat si fuero à te liberat⁹, accedam ad sacrificia, vel vt bene Lyra, iuxta morem hæbreorū, futuro vtitur pro optatiuo, quasi dicat, vtinā lauem ac circumdēdem ecclesiā, vel cum mos fuerit vt refert Euthimius, con testari volentem se alicuius sceleris esse noxium, lauare corā multitudinem manus, ostendēdo sic mundum esse, ab eo crimine vt constat ex Pilati facto, in passione, & Deuther. 21. n. 6. Iudex reum mortis iudicaturus, aqua prius lauat manus, ait David, cum reductus fuero in patriam, omnibus meam, ostentabo innocentiam, *Y que donde ay gen*

Ff 5 re

de sua culpa soy yo vno, deinde post
 quã me innocētē ostēdero pro
 beneficio præstito circundabo
 altare, id est ingenti studio ac
 diligentia assidue templum fre-
 quentabo, vel ministris ac sa-
 crificijs totum per circuitum
 propitiatoriũ complebo, sic
 Euthimius deinde laudibus di-
 uinis assistam suavi Psalmorũ
 cantu delectatus, neque audire
 contentus, ego ipse siue legen-
 do Dei legem, Mosisque libros
 qui Dauide iubente sæpe lege-
 bantur ad populum, Euthimio
 Authore, siue editis Psalm. Dei
 mirabilia in orbe, in vrbe, & in
me ipso expressa celebrabo: &
 nota

nota prius dixisse Dauidem se
 lauaturum manus, quam sacri-
 ficaturum, siue quia moris erat
 vt etiam apud Barbaros cum
 quis ex bello rediret sangui ne
 plenas manus prius lauaret, vt
 ille alter 2. AEncidos.

Ac denique vide quãta ad au-
 diendum Dei verbum ad illud
 que narrandum puritas, Dei
 Gratia requiratur, perpende il-
 lam particulam *Vt*, audiam vo-
 cem laudis: & enarrem, vniuersa
 mirabilia tua.

8. *Domine dilexi decorem domus
 tua: & locum habitationis gloria
 tua.*

Cũ in reuocatione ab exilio
 solum

solum meminisset templi, neque enim dixit, si reuocatus fuero, vias publicas plateas amplas deambulabo, domum regiam, amicos, consanguineosque inuisam, ac rerum quibus patria abundat fruatur, sed tantum sacrificiorum, laudum, Psalmorumque mentionem fecit, reddit rationem dilexi namque, *Siempre quise bien, y desee el decoro de vuestra casa, y el lugar donde está puesta vuestra arca.*

Huius ingentis erga sacra amoris signa expressa fuere, quod arcam adduxerit in Hierusalem, iuxta domum regiam ut haberet cultum Dei pro-

pese.

9. *Ne perdas cum impijs Deus animam meam, & cum viris sanguinis vitam meam.*

10. *In quorum manibus iniquitates sunt dextera eorum repleta est numeribus.*

Ecce quartam, & ultimam partem in qua oratio continetur, petens id ipsum quod ardentius optat, scilicet liberari à Philisteis, restituique Hierusalem ut bene Euthimius. Cum enim sceleribus videret repletos Philistæos, multa eos mala manere certo videt, atque ita ab eis petit liberari, eorum vitia indicat, idolatriam dum, impios

impios in Deum vocat, injustitiam inferiorum, Dū sanguinarios, & erudeles, superiorū dū corruptos munerib⁹ appellat, ad omnia peccata animi prōprietudinem, id enim est in manibus eorum esse iniquitates, vt bene Euthimius, & Hispanus, *esso en la mano está.*

11. *Ego autem in innocencia mea ingressus sum redime me Domine, & miserere mei.*

12. *Pes meus stetit in directo: in Ecclesijs benedicam te Domine.*

Se ab his alium esse ostendit, cum tria habeat tribus supradictis opposita, etenim contra eorum injustitiam, pugnat

pugnat Davidis innocētia nullo inferentis iniuriam, *La innocencia son que siempre he procedido.* Cōtra promptitudinem ad malum firmitas in bono, id enim est pedem stare in directo: *Andar siempre a las derechas, sin torcer de la derecha senda de rectitud.* Cōtra idololatriam, Deum laudandi animus in omnibus Ecclesijs, non solum, sui temporis templis, sed futurorū sæculorum, cantorum omnium existens Coriphæus, vt Euthimius Theodoretus, & Basilus.

Et nota initio dixisse se lo-
tutum manus, vt altare circundet, & laudes diuinas audiat

nunc

Commentarij

nunc vero dicere, pedes stetit-
se in directo, vt sic benedicat
Dominum in Ecclesijs. Heu-
quanta manibus ac pedibus, o-
peribus affectibusque sancti-
tas requiritur, ad diuina myste-
ria per agenda, si vt audiat la-
uat manus, si vt ore benedicat
pes nō defleuit, quæ manuum
mundities, quæ rectitudo pe-
dum, exigetur, vt quis non au-
diat solum, & loquatur,

sed agat, & confiti

at altiora my

steria?

(?)

Psalms.

217

PSALM. XXVI.

Artificium.

NESCIO quo fundamento ducti alii
qui hunc Psalmum editū fuisse exi-
stimant, eo tempore quo per Abiatharē
admonit⁹ Dauid Ceilam maturè reliquit
ne in Saulis manus incideret. Si enim tūc
editum fuisse colligūt ex varia tum spei
tum metus materia in hoc psalmo con-
tenta idem dicam de varijs periculis
quibus liberatus est Dauid, neque est fun-
damentum cur de illo potius psalmus in-
telligatur. Quare existimo titulum indi-
care occasionem componendi psalmum,
apud 70. enim inscribitur, *Psalmus ipsius
Dauid antequam liniretur.* 1. vngeretur.
Cum autē vnctus fuerit ter. 1. a Samuele
1. Reg. 6. 2. per viros Iudā. 2. Reg. 2.
3. per seniores Israel 2. Reg. 5. non existi-
mo de. 1. vnctione mentionē esse quia tūc
non dum habuerat inimicos quos dicat
in n. 3. infirmatos esse ac cecidisse. Ly-
ra existimat. de tertia non vero de secun-
da, mihi placent Hieron. & Cassiod. ille

Et

quia

quia in prologo huius libri absolute refert ad unitatem post mortem Saulis, iste quia duas illas vñctiones pro vna cadēque reputat. Ergo antequam oleo regali ungeretur, cor ad dignitatis susceptionem preparans, animumque acuens, edit hūc psalmum, in quo de regni cuius administrationem inicit prosperitate & duratione agitur. Diuiditurq; in quatuor partes, in duabus primis exercetur spes circa prosperitatem futuram regni, quę duobus nititur motiuis, tum Dei benefica, larga, proluxaque natura, tum propria, quam pollicetur religione atque pietate, quę dum floruerit florebit & regnū. In duabus sequētib; exercetur oratio id ipsum adeo enixē postulando, cui alia etiā duo motiua proponūtur, vt cōcedat primū est recta intētio sinceraque mens, quā in regni administratione Dauid semper habuit Dei solum gloriam quærendo. Secundum se non tam regem quam proregem esse Dei qui siquidem Dauidem in dignitatē euexit, necessaria ad illam feliciter conseruandam iure debet. Vt hæc speret & petat motus est Dauid ex recen-

ti

ti Saulis historia a quo cum commissum regnum sublatum videat, iure quid simile tibi euenire posse formidat, sed non euenturum sperat. & hæc de psalmi scopo & titulo solū non omittendū duxi quam ad rem inscriptio habeat psal. ipsi Dauid, vt Aug. ex antiquis exemplaribus siue ipsius Dauid, vt Dydimus ac Theodor. ex aliis cum enim de unitate Dauidis in regem fiat mentio, merito nomen Dauidis exprimitur, quæ enim ex vi vocis Hebrę nomē importat in dignitate splendent. Dauid enim, vt bene notauit Pagninus in Thesaur. magno, fol. 454. dictus est ab amore à radice, *Dod*, idest, amator, & dilectus, quæ vox est Cant. 6. dilectus meus descendit ad hortum. *Dod*, & Ezech. 16. tempus amantium, *Dodim*, imo ipse amor hac voce importatur Prou. 7. inebriemur, *Dodim*, sic Dauid præ alijs dilectus in regē ungitur, vt Ecclesiast. quasi adeps separatus a Carne sic Dauid inter filios Israel, idest, præ alijs dilectus a Deo. *Psalm. del mesmo querido de Dios, estando para ser del unguido por Rey.*

2. Dauid significat Egrotum abiectū

Ec 2

humis

humilem a radice, *Dabath*, languere in firmari vt Trenor. 5. n. 17. Et Hierem. 8. n. 18. ideoque ab hac voce dicitur res vilissima qualis est pannus menstruatus Elai. 30. n. 22. disperges ea sicut *Dabath*, pannum menstruatæ, ergo psalmus David afflicti merentis diuinam opem implorantis, in tot periculis constituti, vel abiectissimi homunculi, quem tamen Deus in regem constituere non dedignatus. *Psalmus del mismo abatido y vil; antes que Dios lo leuantara a ser algo.* Ideo scholion Græcū in presenti loco in addit. ad correctam 70. citatum nomen David in presenti inscriptione ponitur *epsudema*, idest, abiectio, & in presenti etiam loco Hesychius multa, inquit, David significat dilectum, solum, abiectū que notio præcipuè huic psalmo conuenit, &c. Nunc ad singulorum partium explicationem accedamus

1 *Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector vite mee a quo trepidabo? Ecce i. p. psalmi in qua regni clauum suscipiens David animum erigit, timorem expellit, spem concipit, nulli esse timendum, à nemine formidandum*

dum sibi met ipsi suadet.

Primum motiuū est in ordine ad Deū quem illuminationem, salutem protectoremque vocat, quia regni alicuius euerisionis duæ sunt causæ intrinsecæ præcipuè regis ignorantia, eiusdēque inordinatus circa rem aliquam affectus. Terriaque extrinseca hostium scilicet potentiā. Ad remedium primi Deus dicitur illuminatio qui tenebras ignorantie dispellat, lumen prudentie infundens, ad remissionē secūdi dicitur salus, quia infirmos affectus passionēsq; animi curet, ne aut ira percit⁹, superbia elatus aut luxuria flagrans, sibi ac regni perniciem inferat cōtra tertiam dicitur protector vitæ, eam, scilicet, ab hostibus defendendo. Quanta autem fiducia (inquit Augustin.) sit in eo qui illuminatio salus & protector est, protegatur imperator scutatis & non timet protegatur a mortalibus mortalis, & securus est, protegatur ab immortali mortalis, & timebit aut trepidabit?

2 *Dum a propriant super me nocentes vt edant carnes meas, qui tribulant me inimici ipsi infirmati sunt & ceciderunt.*

Parum videbatur dictum contra tertiam causam extrinsecam etenim non sat est vitā ab hostibus protegi, si adhuc hostes sint armis viribusque potētes, molestia inferentes, ideo Deus non solū protegit suos, sed hostes ita infirmit ac prostrat ut non solum vita, sed pax sui tranquille fruatur, quod quia expertus est Dauid in Saulis morte de præterito loquitur.

Et nota, ut bene Aug. quem sequitur interlinealis hic indicari duo aduersariorum genera alij enim sunt qui se amicos venditant & sub amicitia specie nocēt, alij qui publicas profitentur inimicitias, ideo quod Græci dixere nocentes, Hier. in germania ex Hæbreo trāslatione vertit maligni, vel amici, quoniam eadem vox paruo punctorum discrimine utrunque sonat hi a propriant, se proximos ac propinquos fingunt, hi dicuntur nocētes antonomatice. quia maius damnum inferunt quā manifesti hostes, hi dicuntur edere carnes quæ phrasis aliquando summū amorē significat ut Iob 31. n. 31. indicans quam gratus erat domesticis, si non inquit

(inquit) dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnibus eius ut saturemur? *tan dulce, que me querian comer a bocados, y se morian por mis pedaços.* Aliquando summam odij rabiem, ut apud eundem Iob 19. n. 22. quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? *que me estais aqui comiendo a bocados?* ergo dū isti blandi hostes mihi a propinquant, & tanto mei amore teneri simulāt, ut de carnibus meis velint saturari, hostes sūt crudeles qui carnes meas edere volunt, ergo sicut eadem vox amicum nocentemque sonat, sic eadem phrasis summum amorem, summumque odium significat.

Neque in scriptura est nouum eadem phrasi simul duo diuersa significari alterū quod secundū speciem, alterum quod secundū veritatem geritur. Vnū sufficiat exemplū. Vallare vel circundare in scriptura aliquādo significat protegere ac defendere, ut Iob 1. n. 9. non ne tu vallasti eum, ac domum eius vniuersamque substantiā per circuitum? Psal. 31. n. 10. multa flagella peccatoris sperātem autē in Dño misericordia circūdabit, significat

Item infidiari vt cum dæmon a Petro dicitur tanquam leo rugiens circuite querens quem deuoret, ad ostendendum ergo Iudicem qui sub specie defendendi infidiatur ciuibus, & cum videatur tueri euerit ciuitatem ait Abuch cap. 1. impius preualet aduersus iustū, proprie impius vallat ac circumdat iustum, *el que parece leronda le roba*, ita in presenti, &c.

Alij vero sunt hostes manifesti quia aperte tribulabant vt Saul, Isboseth, hos dicit infirmatos fuisse & cecidisse, proprie ex Hebreo, impegisse & corruisse sumpta metaphora ab stulto aliquo qui cum fortissimo lapide pugnaret, illū curans minuere vel cōculcare dentibus vel mordere, tunc enim in ipso morsu, in ipsa concultatione sine vlla lapidis iactura ipse impingetur & corruet quod explicat originalis sermo, verbo ad verbū relatus in ipso apulsu nocētium aduersus me, hostes quidem, & inimici in me, at ipsi impegerunt corruerunt, *el golpe a mi yua a dar; pero a sy se lo dieron.*

3 *Si consistant aduersum me castra non timebit cor meum, si exurgat aduersum me prelium*

prelium in hoc ergo sperabo. Sciebat Dauid nullum esse bellorum finem, nunquā sic hostes esse prostratos, vt alij non oriatur ex alijs ideo subdit, si illis interfectis hostibus, extinctisque bellis noua surgant prælia, non timebit cor meum. Bene (inquit Aug.) concludit non esse timendū, sicut enim nō vincitur qui dat, sic non aufertur quod dat, si auferri potest datū vinci potest dator, spiritualia quæ donat nō aufert, nisi dimiseris, tēporalia ipse aufert quia quisuis alius aufert, ipso donante potestati aufert. Iob 1. Luc. 22.

Sed rogabis quid sit antecedens quod refert illud relatiuum, in hoc ego sperabo, aliqui dicūt referri prælium, quod falsum est, quia nomen palemon est neutrum, relatiuum verò est in foeminino quare hoc relatiuum sumitur substantiue, more Hebraico vt numero sequenti vnam petij a Domino, aut referre potest, vel quod sequitur vt vult August. quia in ipsis prælijs in hoc cōsidebat quod scilicet a Deo petiit habitare in tabernaculo *y el tener presētada peticion ante Dios me dá esperāça de salir destas peligros.* Vel quod præ

præcessit quod si Deus illuminatio mea est, & salus confido. Quod confirmari potest, ex 2. Reg. 5. nam postquam vnctus fuit Dauid ascenderunt Philistiim quærentes eum, Dauid autē consuluit Dominum si ascendam ad Philistiim, & dabit eos in manus meas? & dixit Dominus ascende quia traddens dabo Philistiim in manus tuas. Ecce in hoc lumine, in hoc robore sperabat Dauid, antequam ungeretur quod expertus est post unctionem. Adde forte in presenti figuram committi, *Anacoluton*, in scriptura communissimam, quando suppresso antecedente ponitur rellatiuum, sic A bac. 1. ex semet ipso iudicium & onus eius egredietur, & Psalm. 103. facta est Iudæa sanctificatio eius Trenorum 3. Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius sic in presenti in hoc suple Dei ope, & liberali misericordia, &c.

4 *Vnam petij a Domino & hanc requirã ut in habitem in domo Domini omnibus diebus vite mee, ut videam voluptatem Domini, & visitem templum eius.* Ecce secundã partẽ psalmi, & secundum signum regi
sub

sublatum, ad bene de prospera regni fortuna sperandũ, religio scilicet, & in Deũ pietas quam profitebitur. Sciebat prudentissimus Rex regna & vrbes absque muris & litteris, absque principe & domibus, absque nummis & copijs absque scholis & theatris visas aliquando stare, sine religione vero cultuque Dei stare nõ quam posse, quod bene Plutarchus lib. aduersus Colot. docuit. Nouerat, vel atheistas ipsos nihil esse religione efficacius profiteri ad conseruanda regna vt Bodinus refert lib. 4. de republ. cap. 7. nouerat regem ante omnia curaturum de ijs quæ ad religionem attinẽt, vt Arist. monet. lib. 7. Polit. cap. 8. Nouerat primũ regalis institutionis fundamentũ esse religionis amorẽ vt Isocrates oratione prima ad Nicoclẽ regem Cypri, & Dionis. oration. 1. & 3. docuerunt. Nouerat denique Deut. 17. ante omnia legis religionisque curam nouo regi esse commissam in ipso dignitatis additu, & Num. 27. in consulto Deo per Eleazarum nihil facturum Iosue, & quæ ad Regni prosperitatem consequendam precepta Salomo

ni postea præbuit iam mente perpende-
rat. Idcirco id solum se cupere testatur
vt vnicum medium ad Regni scelicitatē
quod scilicet dom^u habitationis meæ sit
prope locū diuini cultus, id enim esse ha-
bitare in domo Domini bene Lyra expo-
suit, & probat scriptura 2. Reg. 5. statim
enim ac a senioribus vnctus est, abiit rex
& qui cum eo erant in Hierusalem vbi
Iebusæo deletō cepit Dauid arcem Sion,
hæc est ciuitas Dauid, diciturque in ea ha-
bitasse: Arx vero Sion templo erat vici-
na. Petebat ergo Dauid & non cut curq;
petebat, sed anxie & solícite requirebat
templo esse vicinus, non vt per dies ali-
quot regni negotia Deo commēdaret, sed
vt omnibus diebus vitæ suæ ibi degeret.
Cupiebat voluptatem Domini videre,
id est, experiri, quanta sit in Dei consortio
voluptas (sic enim cum August. legen-
dum & nō voluptas correcti codices He-
bræa Græcāq; vox, & emmendata Cle-
ment. Biblia docent.) Cupiebat visitare
templum, proprie explorare, intimaque
mysteria in eo templo latentia penetra-
re. Et nota templi cum Coelo, medita-
tionis

tionis cum beatitudine similitudinē quæ
August. & patribus occasionem præbuit
hæc de vita beata interpretandi. Tota
nāque beatitudinis natura consistit in in-
tima mysteriorum Dei penetratione, eius-
demque frutione quod, scilicet, consequi
suo modo sperat Dauid si voti compos
euadens habitet in domo Domini.

5 *Quoniam abscondit me in tabernaculo
suo in die malorum protexit me, in abscon-
dito tabernaculi sui.*

6 *In petra exaltavit me, & nunc exalta-
uit caput meum super inimicos meos.*

Quemadmodum cum primum signū
ad bene sperandum proposuit statim il-
lud confirmauit exemplo eorum quæ il-
li acciderant, sic nunc secundum confir-
mat experientia. Redditque rationē cur
ea solū re cōtentus sit, scilicet habitare in
domo Domini, quia in eo loco sepe refu-
gium inuenit, & in die malorū illi immi-
nentium in tabernaculo absconditus
liber euasit. Pro cuius declaratione no-
tandum Dauidem, meo iudicio, in presen-
ti alludere ad eam historiam 1. Reg. 21.
quando Saulem fugiens ipsum interfice

re volentem venit in Nobe & Achimelech sacerdotem, & ibi accepit panem & gladium, qui dies dicitur malorum, quia ex hoc facto sequuta est occisio sacerdotum 1. Reg. 22. preterea quemadmodum in petra exaltauit me, idest, in deserto Maon in campestribus ad dexteram Resimon, quando scilicet 1. Reg. 23. reuersus est Saul desistens persequi David, & perrexit in occursum Philistinorum, propter quod vocatus est ille locus Petra diuidens, scilicet, me ab hostibus, sic nunc in templo, quæ petra est refugij, exaltabit me super inimicos meos, idest, ab hostibus me in modum coronæ cingentibus, ut tunc me eleuabit, ut et si latera cingant celitus euadam securus. Et nota quod cum primo dixisset in petra exaltauit. 2. addit exaltauit super inimicos meos, namque in loco illo dicto petra solum liber euasit & Saulis manus aufugit, sed postea Dei auxilio sic est exaltatus, ut super hostes esset eosque vinceret bis ut constat. 2. Reg. 5. cum audito sonitu Dei gradientis in cacumine Pyrorum inijt prælium & poenitus deleuit castra Philistinim.

Vidi

Vide an forte fiat in hoc loco allusio ad Asylum cuius apud omnes gentes frequens fuit vsus, ut refert Polydorus de rerum inuentoribus lib. 7. cap. 12. postquam enim Hercules migravit de terris, eius nepotes (authore Seruio in 8. Æneid.) timentes eorum in dias quos Auus afflixerat Athenis sibi primi omnium Asylum, hoc est, templum misericordiæ collocarunt, vnde nullus per vim posset abduci, an componitur ex, A, idest, sine, & filo, idest, traho quod Statius affirmat 12. Theb.

*Fama est defessos acie post busta paterni
Numinis, Herculeos sedē fūdasse nepotes
Sic sacrasse loco commune animantibus
egris aufugium.*

Cuius Plut. in vita Thesei meminit! Longo deinde tempore Romulus, ut haberet aduenas plures ad condendam urbem ad imitationem Atheniensem, ut Seruius tradidit Asylum teste Liuius 1. ab urbe condita, & Dion. lib. 2. aperuit, quo quisquis proficisceretur ab omni noxa liber esset Quid. in 3. fastorum.

Romulus

*Romulus vt saxo locum circumdedit alto
Quilibet huc (inquit) confuge tutus eris.
Et Virgil. in 8.*

*Hunc locum ingentem. quē Romulus acer
asylum retulit, &c.*

Apud Aegypt. vero Herodotus lib. 2.
Strab. lib. 17. & ultimo Georg. de Hæ-
breis ex quibus hunc morem Manasse
bene Polydorus, cum Moses, teste Euse-
bio multo ante Hierusalem fuerit qui te-
ste Ioseph lib. 4. antiquitatum, in tribus
ex ijs vrbibus quas ipse condiderat, dū
Hebreum populum in patriam solum re-
duceret, asylum cōstituit; pro ijs qui nef-
ciētes homicidæ erant, ergo suum etiam
asylum petram & refugiū se habere Da-
uid testatur, templum, scilicet, quod dū
ille pietate frequentauerit securus erit.

*Circuiui & immolauī in Tabernaculo ei-
hostiam vociferationis, Cantabo & Psalmū
dicam Domino.*

Cum religiosus templi cultus non inte-
riori solū constet affectu sed etiam exte-
rioribus signis, cumque dixisset Dauid se
optare in templo esse, vt voluntas Dei
voluptate frueretur, & mens sanctuarij
mysteria

mysteria penetraret, nunc plenam ostē-
dens religionem quæ ad exteriorem cal-
tum spectant. Præterito vtens pro futu-
ro, vt sæpe alias propositi firmitatem
declarans circuibō, inquit, & immola-
bo, idest, locum diuini cultus frequenta-
bo, vt Genebrard. vel ad modum militis
excubias agentis ne quis pateat additus
hosti, vt August. vel omnia diligenter cir-
cuiui instar eorum, qui aliqui componē-
tes hinc inde millies rem versant, ne in a-
liqua parte defectus sit, vel denique cū
Euthimio (quod verius videtur) exple-
ui quod psalmo precedenti promiseram
circundabo altare tuū Domine, idest, al-
tare tuum hostiarum ac ministrorū mu-
ltitudine vndique complebo, ergo circui-
ui & immolauī, idest, tot hostias immo-
lauī, vt circuerē altare. Hostia dicitur vo-
ciferationis siue ob clamorem parta vi-
ctoria Deum inclamando victorem, vt
Euthim. siue peculiarem hunc cultum a-
dendo, quia scilicet cum Moises sacrifi-
cia instituerit celebrari cum iubilatione
& tubarū clangore Numeror. 10. Ego cy-
tharas & alia instrumenta vocalemque

Et

musi-

musicam adiunxi, 1. Paralipom. 16. *aññ*
diendo ala musica de instrumentos la de vos
zes. Cum ergo hucusque cultum diuinū
 auxerim deinceps augebo amplius, ipse
 namque meo ore cantabo, quod presti-
 tit, 1. Reg. 6. coram arca.

Nota quod sunt preter dictas alix due
 expositiones litterales ne, tu videris 1. est
 August. circuiui [inquit] omnia anota-
 ui colustrans vniuersa, & ex omnium at-
 tenta consideratione laudes Dei infinitas
 collegi, circum eat animus tuus per vni-
 uersam creaturam, vndique tibi clama-
 bit, Deus me fecit, quidquid te in arte
 delectauerit commendat artificem, ergo
 ait David, *mirare Señor con atencion quan-
 to ay que ver en tu templo de misericordia y
 justicia, sabiduria, &c. y de todo sacar è ma-
 teria de alabarte affectuosamente.*

Secūda. Suppono circulum fuisse ado-
 rationis signum, vide Pieriū lib. 39. ver-
 bo circulus, nā Pythagoras, circumactu
 corporis adorare iubebat, & Numæ ins-
 titutum fuit, vt adorantes in orbem se
 verterent deinde procūberent, & quoad
corporis conuersionem attinet is multa-
rum

rum gentium mos fuit vt Romanorum
 a sinixtra in dextram partem, Galbo-
 rum a dexrra in sinixtram, secundum eū
 dem modum, apud Suetonium in Vitel-
 lio Lucius quidam adulator impudens
 describitur qui cum primo Caium Cæ-
 sarem adorandum, vt Deum instituisset
 non aliter adire ausus est quam capite ve-
 lato, circunuertens se, deinde procum-
 bens, & forte, *chion*, idest, canis deriuat-
 tur a verbo, *brofchim*, idest, circuire quia
 canis si quem gestiens veneratur, in cir-
 culum se quodā modo ducit postea pro-
 cumbit. Inde forte circulis demonem de-
 lectari in magica impietate cōstat, & pro-
 batur in lib. 2. de Iusta Henrici 3. abdi-
 catione cap. 3. siue id faciat, vt Leonem
 imitetur qui quam deuoraturus est bes-
 tiam, ducto per caudam circulo claudic
 2. Pet. 5. & Iob 1. & vt ait Gregor om-
 nium studia rimatur, ventilat curas scru-
 ratur affectus. Siue quod Deum se men-
 titur quem Ægyptij ob perfectionē in
 circulum designabant, vide Georg. Ve-
 nētū in sua harmon. mūdi cant. 1. tom. 9.
 cap. 3. Siue eo se hostem Crucis confite-

tur quia circulus contraria est Crucifigura vnde Nazianzen. orat. prim. in Iulianum, apparente in extris animalium Cruce coronata, seu circulo in clusa interpretatus est opprimendam religionem Christianam. Iuxta hæc igitur dum Dauid ait se circuisse altare ad antiquum relligiosi cultus vsum dicitur alludere.

7 *Exaudi Domine vocem meam, clamaui ad te miserere mei, & exaudi me.*

8 *Tibi dixit cor meum exquisiuit te faciet mea, faciem tuam Domine requiram.*

9 *Ne auertas faciem tuam a me, ne declines in ira a seruo tuo.*

Ecce tertiam partem psalmi, in qua incipit oratio idem petens quod sperat, scilicet regni prosperitatem. Dum bis petit exaudiri siue mentalem, vocalemque indicat orationem, siue preces non semel etiam, sed iterum atque iterum efusas, dumque vocem non voces dicit, vnum esse orationum scopum vnumque finem demonstrat. Dum clamorem vocat ingentem orationis affectum significat, dum Deum misereri petit, & postea exaudire non ex iusticia operum, sed ex Dei liberalitatem

ralitate petit, vt notauit Euthymius, dū clamaui dicit de præterito, indicat iam, vel corde clamaſſe antequam ore proferret, vel priuatim antequam nunc in psalmo, dum vero Hebraice clamabo est in futuro innuitur orationem præludium præcedere & orationem preparatoriam qua petitur, vt quidquid postea petatur liberaliter concedatur.

8 *Tibi dixit*, Ecce primum motiuum quod representat, vt oratio pro bono regni statum exaudiatur intentionis sinceritas, quam circa regni administrationem semper habuit Dei solum gloriam quaerendo. *Tibi*, enim, non alijs quibus mentiri poteram, sed tibi quem falere potest nemo. *Tibi*, non hominibus me iactando dixit cor ex intimo, inquit, Euthymius, cordis non quasi in superficie solis labijs loquutus sum, Græci addunt Dominum queram, *siempre os dixen Señor, y propuse de coraçon, en siendo Rey no he de buscar sino a Dios, no a mi, no mi honra sino la de Dios, y como asta aqui no he puesto la mira sino en el, de aqui a delante no mirare a nadie a la cara para agradecerle, sino a el mismo, pro-*

ff 3

primum

prium est morem gerere volētis alterius faciem intueri, siue vt videat an placeat, vel si facies pro gloria sumatur & nomine, facie enim cognoscuntur homines, vt pote nobiliori corporis parte, facies mea te exquisiuit, & faciem tuam exquiram nil aliud erit quam meam gloriam tuam esse, meque nihil velle nisi tuam gloriā *mi rostro busca el tuyo, id est, mi honra no para en mi, sino busca a ti, a quien se refiere.*

Ex hac ratione argumentatur ne ergo auertas faciem tuā a me, tu qui non querentibus apares, mihi quærenti, ne te abscondas, vel ne abscondas gloriam, & honorem tuum in me, sicut irati homines faciem auertunt vultumque negant, ne declines a me, quod si vt homo [inquit Euthim.] deliquero ne præ ira declines, sed præ misericordia corripe.

Adiutor meus esto ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.

10 *Quoniam pater meus, & mater mea de reliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.*

Ecce secundum motiuum quod Deo representat vt oratio qua ad regni adm-
instra-

tionem illius opem implorat exaudiatur scilicet a Deo creatum esse Regem nō ab hominibus, quasi dicat auxilium meum fuisti hucusque, ne ergo tua opera deseras ne vno momento tot beneficia in me collata, & per tot annos cōgesta perdas. Frustra enim [inquit August.] creasti ac recreasti, si mortalem deseris quod non debes. Quod dicimus ne despicias Græce est, vt bene Euthymius ac Theodor. Aporcorachistis, fitque alusio ad scoriā quæ tanquam fex & spurcicia metalli projicitur, quasi dicat, *despues Señor de tã to trabajo en sacarme de la tierra, purificar me, acrisolarme, no me beches por ay como vil escoria.* In super si pater meus, ac mater in hac dignitate constituisent ipsi ad eā conseruandā necessaria prebere tenerentur, & ego ad id petendum ius haberem, sed illi me dereliquerunt, id est, me tanquam puerulum spreuerunt, & in agro relinquebant cum Samuel regem in corū domo querebat. Tu autem assumpsisti me, id est me honorasti, id enim sumere sonat in scriptura Eccles. 13. vbi sermo est cum paupere, & agitur de potenti si largitus

fueris assumet te etsi non habueris derelinquet te, *si le dieres dinero, pagarteba cō honra*, & ad Hebr. 5. num. 1. pontifex dicitur ab hominibus assumptus, idest, in Sacerdotium euectus ergo ait Dauid, *no haziendo mis padres caso de mi, tu Señor me biziste Rey de tu mano*, atque adeo non debes relinquere, vt psalm. 88. num. 19. seruum meum oleo sancto meo auxilium, *y por esso*, manus mea aux. ei brachium, vel 2. assumptio hæc significat singularem Dei protectionem erga Dauidem nam vt bene Genebr. vox originalis significat protectionem qua pueri expositi a patribus relictī in plateis, tolluntur in domū suscipiendi, sic enim psalm. 64. num. 5. beatus quem tu assumpsisti, idest, felix illi quem curæ tuæ commisisti quanuis illum parentibus rebusque creatis orba ueris, ergo ait Dauid, *pues vos Señor sacandome de casa de mis padres, os encargastes de mi, no me dexeis, que no menos suelen ser queridos los echados a vnestra puerta, q̄ en otra parte los nascidos en casa*. Vel tertio assumere est aliquem labentem erigere, suppositaque manu sustinere ne cadat

dat, vt cum dicitur Deus assumpsisse de aquis multis Dauidem ne scilicet obrueretur, & Luc. 1. suscepit Israel puerum suum, idest, vt Maldonado ex vi originalis, populum deiectum assumpsit & quasi porrecta manu erexit ergo ait Dauid, *auendome Señor dexado todos, vos me distes la mano, no la quiteis agora, y me dexeis caer*. Vel denique Deum aliquem assumere significat erga aliquem mirabilem suā gratiam ostendere, sic enim Theoph. exposuit id ad Rom. 14. qui vescitur vescētem non contemnat. Deus enim illum assumpsit, idest, [inquit] ineffabilem suam gratiam erga eum demonstraue, ait ergo Dauid, *pues os auéis Señor esmerado en hazerme Rey, y ponerme en estado, no me dexeis al mejor tiempo*.

11 *Legem pone mihi Domine in via tua, & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.*

12 *Ne tradideris me in animas tribulantium me quoniam in surrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.*

Ex eodem principio, scilicet a Deo assumptum esse amplius vtget Deum, vt liqui-

siquidem illum regem constituit se illi regem ostendat, siquidem omnes illi, illūq; nulli subiecit illius sit imperator ac princeps cuius tria sunt præcipua munera, leges condere, subditos in iustitia continere, eosdē ab iniurijs liberare, eorum vitam honoremque tuendo. Primum petit David cum postulat legem illi imponat, Græcē doceat: sed quia Dei est proprium, ut quæ docet facientia iubeat facere, docere & legem ponere pro eodem hic sumitur, & psalm. 24. num. 10.

Ob secundum petit dirigi in semitam rectam, idest, cohiberi in æquitate, & cū declinauerit etiam virga æquitatis dirigi in semitam iustitiæ. idque, *propter inimicos meos*, siue ut cognoscant aduersarij te me curā gerere, siue ne ego a te non doctus, neque in semitam iustitiæ directus, ab ea declinans, in eorum manus de veniā ac si ouis petat virga pastoris dirigi in semitam, ne per prata oberrans in fauces luporum incidat. Et nota religionis æquitatisq; amorem in Dauide, non enim regni gubernacula suscipiens se arbitratur omni lege solutum, omni superiore libe-

rum

rum imo in ipso dignitatis additu, cum humane leges illum a terreno rege soluebant, cælestem superiorem inquirere qui doceat, & corrigat. Ob tertium denique petit non traddi in animas tribulantium, idest, ut Deus eius tueatur vitam, siquidē rex regis est, & traddere vocat non liberare, etenim princeps qui nō liberat suos ab hostibus, eos traddit hostibus. In animas dicit non in fauces, aut manus, sed in libidines, ac cupiditates quibus æstuant quod ut maximum supplicium minatur Deus Ezech. 16. dabo te in animas odientium te, idest, in desideria ac vota, ut Rabi David, quasi dicat, *no me entregueis Señor a su hambre, ni me arrogeis al fuego de sus deseos*. Obiterq; indicat multo æquius esse ac Dei bonitate dignius, ut fauceat suis, idest, David pij hominis votis quam aliorum, hoc est impiorum libidini ac cupiditati obsequatur. Nota petere Davidē a calumniis liberari falsorum testium eorum, scilicet, qui in aula Saulis mendacia de illo iactauerant, ut 1. Reg. 24. quare audis verba hominum loquentium David quærit mala aduersum te, 1. Reg. 26.

Si

Commentarij

Si Dominus incitat te aduersus Dauidem placetur sacrificio, si autem filij hominum sint maledicti.

Sed certe ijs mendatijs non iam mihi quam sibi nocent, mēta est enim iniquitas sibi, idest, con se impij mentiuntur, vel illud sibi r dundat vt his panē, *fula- no se perjurò, ellos se lo quieren.*

13 *Credo videre bona Domini in terra uiuentium, Num. 14. expecla Dominum uiriliter age, confortetur cor tuum, & sustine Dominum.*

Ecce psalmi Epiphonema, & omnium quæ dicta sunt epilogum. Ecce scopum psalmi, *credo*, idest, spero vt sæpe, *videre boni Domini*, i. ingentia, vt montes Dei, i. magna, *in terra uiuentiū*, in Iudæa vt in prophetis sæpissimè siue quia omniū ad uita necessariorum abundabat præ cæteris orbis regionibus, vel quia in ea iusti ac uiuentes solum degebāt, notus enim in Iudæa Deus, &c. Ad hanc ergo fiducia roborandā secum met loquitur, quod monet, Paulus fratres commouentes vos metipso in multa patientia, & psal. 114. num. 7. *Dauid iterum prestitit, ex*
pecla

in Psalm. 26.

231

pecla Dñum, qui scilicet erit illuminatio sicut
1º *robore* quod primū fuerat motuum, *uiriliter age*, quod scilicet ex tua parte proposuisti, scilicet religionem & pertinencia ad Dei cultum, quod secūdem fuerat motuum, confortetur cor tuum, *illud* inquam quo dixisti Domino, *exquisiui*, &c. *Et sustine Dominum*, quem rex electus tibi elegisti in regem, vt iubeat ac corrigat, quod si in tuēdo te moras fecerit sustine nā non immoratur aut obliuiosus, aut negligens, sed copias parat, vt vitam hominemque tueatur.

PSALM. XXVII:

Artificium.

LICET cōmuniter hic psal. dicatur editus a Dauid in quacunque tribulatione constituto, existimo tamen editum

Commentarij

tum fuisse, quando David fugiēs de Hierusalem timore Absalon nudis pedibus apetto capite ascendebat cliuū Oliuarum, quod preter Lyrae auctoritatem, ex antiquorum traditione confirmo ex historia, 2. Reg. 15. in qua duas obsecro perpende circumstantias. Prima quod cū David esset in campestribus, Sadoch, & Abiathar asportauerunt arcam ipsum volentes commitari, at David se tali societate indignū habens, siue dubius quid facere deberet iussit arcam reduci, donec Deus responderet illis quid Dauidi renunciarent faciendum, sic enim ait Rex ad Sadoch sacerdotem primo videns, reuertere ciuitatem in pace, ecce ego abscondar in campestribus donec veniat sermo à vobis indicans mihi. Tunc vero reportauerunt arcam in Hierusalem, et David mansit nudus pedibus incedens & aperto capite orans. Secundo totū illud bellum mendacibus simulatisque hominibus constare, Absalon totus erat fictionibus plenus, fingebat se benignum principem, vt sollicitaret corda virorum, simulabat se vota redditurū in Hebron, sed
ibi

ibi facta est coniuratio magna, porr Archisofel eius consiliarius cum Absolone coniurauit, &c. Iuxta has ergo duas circumstantias in duas partes diuiditur psalmus in prima oratio continetur, in qua quatuor a Deo postulantur, doceri, exaudiri, protegi, liberari, à fictis & mendacibus, quos optat dignas poenas lucere. In secunda siue quia spes certa est orationem consequendi, siue prophetico spiritu preuidendo, gratias agit, quia, & orationē exaudiet, & fictos male perdet.

1 Ad te Domine clamabo, Deus meus ne sileas à me nequando taceas a me, & similis ero descendentibus in lacum.

Ecce primam partem psalmi. continet orationem, & primum quod in oratione postulat scilicet doceri quid agere debeat, tradit Lyra initio huius psalmi (licet ipse dicat in 2. Reg. 15. contineri, quod tamen falsum est) quod ascendente Abiathare ad consulendum Dominum, nullum habitum fuit respōsum, ob quod David reputauit Deum non sibi esse placatum, petit ergo David, ne Deus, sileas a me, vel vt 70. super me, vt scilicet res
ponsum

ponsum præbeat petenti sacerdoti, huius
 responsum expectabat vt diximus. Vel
 me intime instrue quid facere debeã. For
 te cum alibi petient Dauid, *dic anima
 mea salus tua ego sum*, idest, alloquere in
 teritus, consolando, *ne fileas*, ad idem re
 ferri poterit. Vel cum Dei verba sint fa
 cta, cum nõ filētium sed verba petit, ope
 ra postulat, silere namq; in scriptura est
 ab omni actione cessare, 2. Reg. 19. Ab
 salon quem vnxiimus super nos mortuus
 est, in Dello, vsque quo filetis & nõ redu
 citis regem? Repetitio ista, ne fileas, ne ta
 ceas, in multis Græcis codicibus deest,
 è tamen apud vetus psalterium æthiopi
 cum & Arabicum, August. Theodor. &
 correctam, & primum silentium, ad do
 ctrinam, & secundum ad factum referri
 potest.

Ad hanc Dei vocem consequendam;
 duas rationes adhibet, prima quia cla
 mabo, vt in vulgata correctã, vel clamaui,
 vt apud Sepruag. vetus psalteriũ Æthio
 picum Arabicum, & August. siue quia
 æquum, est vt homine clamante Deus nõ
 fileat, clamoribus silentiores pondens, si

ue

ue vt animus ostendatur paratus, nam
 quantumuis Deus surdas præbeat aures,
 quod causa solet esse silentij ipse eleuabit
 vocem, & clamabit vt Deus exaudiat
*aunque mas sordo os bagais, dare gritos pa
 ra que me oygais*. Secundo ne Deo tacen
 te similis sim descendētib; in lacũ idest
 absque remedio percuntibus, vt cum ps.
 142. non auertas faciem tuam à me, & si
 milis ero descendētib; in lacum, vbi
 & pro quia, vt sæpe alias ponitur.

2 *Exaudi Domine vocem deprecationis
 meae, dum oro, dum extollo manus meas ad tem
 plum sanctum tuum.*

Ecce secundum quod postulat scilicet
 exaudiri, ad quod rationem adducit po
 tissimam, quia extollit manus ad tem
 plum siue quia vt Lyra historiam illam
 2. Reg. referens ait, ex cliuo oliuarum,
 orauit versa facie ad templum vt cum
 Daniel, versus Hierosolimitanum tem
 plum orabat, vt fideles à loco vnde vide
 ri potest Ecclesia alicuius sancti orant, eo
 dem Dauide iubentē psalm. 133. in noc
 tibus extolli te manus vestras in sanctas
 manus extollere est summissè aliquid pe
 tere

Gg

tere

tere quasi manus ad stipem porrigendō
 vt Moses orabat in deserto vel leuare
 manus sit etiam habitus vocantis Isaïæ
 49. Ecce leuabo ad gentes manum meā,
 & ad populum exacerbantem iugum
 meum, vel cum manus in scriptura sonet
 consilium atque industriam. 2. Regum
 14. nunquid manus Ioab tecum est in
 omnibus his? extollere manus erit sym-
 bolice sperare in Deo, consilium indus-
 triamque in eo esse collocatam.

3 *Ne simul trabas me cum peccatoribus
 & cum operantibus iniquitatem ne perdas
 me.*

Ecce tertium quod postulat Hæbreæ
 Græcaque dictio, & correctæ Clementis
 docens legendum, *non trabas*, non vero
non tradas, denotaturque violentia, quæ
 si dicat ne me inuocantem, operibusque
 bonis plenum, vna cum impijs tra-
 has ad mortem. Forte tractionis huius
 violentia, cum violenti illa sagitta lobi
 declaratur, violēta, inquā, quia in nō pec-
 catorem tendebat cum mortis suppli-
 cijque diuini centrum sit peccatum. Pec-
 catores etenim in scriptura non ab alijs
 trahi

trahi dicuntur, sed ipsi sua sponte ruc-
 re, funibus non alienis sed peccatorum
 suorum constricti. Dum addit, *ne perdas*,
 indicat tractionem esse etiam a Deo, sua-
 uemque violentiam, non vt quis perda-
 tur sed vt inueniatur, inueniatque vitā,
trabe me post te &c. trahā ad me ipsum, &c.
 nisi pater meus traxerit, petit ergo
 non trahi a Deo id enim est, perdi, sed ad
 Deum id enim est inueniri, petit non
 trahi simul cum peccatoribus, audienti-
 bus ite maledicti, sed cum iustis attrac-
 tis illa voce, *venite benedicti, &c.*

3 *Qui loquūtur pacem cum proximo sub
 mala autem in cordibus eorum, da illis secūda
 dum opera eorum, & secundum nequitiam
 ad inuentionum ipsorum.*

4 *Secundū opera manuum eorum tribue
 illis redde retributionem eorum ipsis.*

Ecce quartum quod petit scilicet vin-
 dicari ab his, qui ficto corde cum proxi-
 mis egerunt & perpende zelum iustitiæ
 nullo propriæ vindictæ liuore infectum;
 etenim cum Absalon fictē egerit cū Da-
 uide, nam dixit se ire ad sacrificandum in
 Hebron, & tamen ibi coegit contra Da-

eadem exercitum, non dicit qui loquitur pacem cum patre aut rege suo, sed quia Absalon fide sollicitabat corda virorum, fingens se omnibus fore benignum principem, dicit qui loquitur pacem cum proximo suo quasi proprię iniurię oblitus de suorum sit offensę ultione sollicitus. Secundo non aliud supplicium petit nisi pro meritis ac debitis eorum, ut scilicet digna factis recipiant, non solum autem factis sed studijs ac inuentionibus. Dum petit, ut reddatur illis retributio ipsorum, duplex sensus indicatur, vel ut quod merebantur illis tribuatur, vel ut ipsi retribuuerunt, sic illis retribuatur, filio neganti patrem suum, filius denegatur cuius Pater sit, Architofel dum gloriam aucupari curat apud Absalonem consilijs, in tantum deueniat dedecus ob spretum consilium ut eligat mori suspensus.

¶ Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius destrues illos & non edificabis eos.

Ecce secunda part. psalm. in qua videtur quatuor quę petit consequutus, siue pro-

propheticę loquens à Deo edoctus, vel a sacerdotibus ex arcę responso instructus, siue rei quam petit consequendę certissimus, ut cumque sit, obtinet quod primo postulauit, ne sileas à me, siquid iam Deo loquente futurum predicat, vel Deo consolante, spem concipit. Secundo etiã obtinuit vindictam quam petebat, siquidem destruentur & non edificabuntur, id est ipsi & posteri funditus delebuntur, eorum stirps interibit, *no ira a delante su casa, y derribada se sembrara de sal, para que nunca se reedifique*, sicut domus ob tyrannidem euerfa nunquam reedificatur. Et nota quod cum David proposuisset ut mortuum ad hostium supplicium, eorum in proximos fictionem oblitus iniurię proprię, nunc celitus docetur potius puniendus ob iniuriam ipsi Dauidi illatam, quoniam non cognouerunt opera Domini, ea scilicet quę circa David gessit, non ponderarunt atque assidue cogitarunt, id enim est intelligere, aliquid, ut hispanice, *entender en vn negocio*, aliud est, *que entender vn negocio*, hoc enim simplicem cognitionem, illud vero assiduam dento-

rat exercitationem, uocantur opera manuum scilicet quia magna potentia, atque virtute, vel quia summo studio atque industria, ut Euthimius.

6 *Benedictus Dominus quoniam exaudivit vocem deprecationis meae.*

Quod secundo loco petierat scilicet exaudiri, nunc impletum predicat. Et nota Hebraice haberi, *deprecationum mearum*, siue nunc in memoriam recolat quoties fuerit exauditus, & pro omnibus nunc denuo gratias agat, siue omnes deprecationes pro una reputetur, tum quia in unum tendebant scopum, tum quia ex uno affectu ac desiderio oriebantur: Nota & Chaldaeam paraphrasim, loco illius dictionis, *dons, legisse, verbum, doem*, quod licet commune sit aliis locis, in presenti vim habet non parvam, nam si verbum pro substantiali partis verbo sumitur, bene Dei verbo verborum nostrorum tribuitur auditio in quo & per quod audimur, si vero pro Dei promissione inuitur illud amplum promissum, *quiquid petieritis dabitur, &c.*

Nota denique ubi dicimus, exaudivit,

in eadem paraphrasi legi *admisit*, quasi dicat, *dexò entrar mi voz, admiti ola en sus oydos, y esso es todo lo que yo desseo*, etenim non omnes voces admittit cum aliquas dimittat.

7 *Dominus adiutor meus & protector meus in ipso speravit cor meum, & adiutus sum.*

Petierat tertio loco protegi ac liberari, nunc se fatetur expertum esse Deum adiutorem contra hostes, & protectorem ab hostibus, fortitudo enim proprie, & Clypeus. Dum de spe meminit, indicat, tum ita euenisse ut sperauerat, tum ad consequendum a Deo aliquid optimum esse medium illud sperare, dum vero dicitur *cor*, sperasse non quaecunque spes, sed intima, & cordialis significatur.

Et refloruit caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi.

Ecce effectum, cum ex mentis gaudio caro ipsa participet exterius, dicitur reflouisse, id est, reuixisse corpus, quod prius periculis quasi mortuum videbatur, unde quod in vulgata legimus *refloruit caro. Aquila dixit exultavit, cor, Simachus, &*

Hierōn. gauisum est, *cor*, indicabiturque causa cur caro floreat exterius, quia scilicet cor gaudet interius etenim ex radicis humore florescunt rami, flores autem sūt hymni ore prolati, ex voluntate, idest, prompto aīo, & hilari, vt Euthimius quod hispane, *may de volustad, y de coracon*. Et nota mirabilem rerum dictarum seriem, ex oratione mea exorta est exauditiō Dei; ex auditiōne diuinum præsstitum auxilium, ex collato beneficio incredibilis orta lætitiā cordis ex qua caro reffloruit, quæ antea videbatur marcescere, ex hac lætitiā orta, & gratiarū actiō labijs namq; exultationis laudamus Deū hymno composito.

8 *Dominus fortitudo plebis suæ, & protector saluationum Christi sui est.*

Ecce canticū, quod in gratiarū actionē edit Dauid, & nota dū prius canit, *Deum fortitudinem plebis* quam saluationum Christi sui, idest, ipsius Dauidis, eius erga plebem amorem indicari cuius bonū pluris quam proprium æstimat. Dum plebis dicit, *suæ*, non *meæ*, Dei potiusq; Dauidis prouidentię commissam esse plebem

bem innuit. Dum *saluationum*, dixit non saluatoris animum ostendit gratum, qui vno beneficio accepto cuncta reuocat in memoriam, dum se *Christum Domini*, vocat Dei significat æquitatē, qui quem regem vngit saluum custodit. Ac nota vocem fortitudo Hæbraice esse *gach*, a radice *gazath*, idest, confirmare vel vnire, quæ vox adiuncta regno significat stabilitatem sceptri vt psalm. 109. virgam virtutis emittet ex Sion, adiuncta ædificio significat inexpugnabilē vt Prouerb. 18. num. 10. turris fortissima Hæbraice, ob formitatis nomen Domini, & Iudic. 9. n. 51. adiuncta honori significat honorem immarcescibilem, sic Ezech. 24. polluam superbiam imperij vestri, Septuaginta, *fortitudinis vestræ*, idest honorem & arrogantiam quam semper futuram arbitrami, sine adiuncto vero significat in his omnibus perpetuatē vt Mich. 5. n. 4. & stabit & pascetur in fortitudine Domini, idest, ingenti perpetuitate in omnibus bonis, & in presenti Dominus dicitur fortitudo plebis, idest, in omnibus perpetua prosperitas.

Commentarij

Si hunc psalm. ad Christum volueris accommodare, qui vt homo orat aut Deus videt orationis effectum, fauebit in hoc loco Hæbreus textus & Chaldaea paraphrasis, in quibus sit legitur. Deus fortitudo, & robur & redemptio Messias sui ipse.

9 *Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tue & rege eos & extolle eos vsque in eternum.*

Nunquam sic curam sui gerit David, vt obliuiscatur populi, cuius os & caro dicebatur, atque adeo quasi sponsam vnice diligebat, cumque quod pro se petijt fuerit consequutus, orat pro populo vt consequatur omnibus numeris absolutam foelicitatem, quæ ex quatuor rebus componitur, si liberet à malis saluum faciendo populū, si cumulet bonis benedicendo hereditati, si pascat abundanter regendo eos, Hebraice pascendo, siue quia eius rectio non est tyrannica siue quia apud nos, rex pascitur regno, Deus vero pascit regnum, ac denique honoribus amplifcet, extollendo eos, nec enim est rex subditos conculcans, sed extollēs,
imo

in Psalm. 27.

238

imo proprium honorem cum subditorum honore auget, nisi velis extolle cum rege coniungere, quasi dicat, *quando como oueja perdida errare, tu como pastor bueno, la pon sobre tus hombros.*

HVCVSq̄ satis amplam præbuiimus materiam adimplendi conciliorum & Patrum monita circa lectiones sacras in templis habendas, omni, sed præcipue sacro quacragesimali tempore, ad aliam vero quadragesimã secundum super sequentes psalmos opusculum promitto, quidquid autē siue

*sive dictum est sive dicendum
omne Sacrosancta Ecclesia Ro
mana eiusque ministrorum cē
sura sumito protestorque me
ab eius sincera disciplina
nunquam velle
discede
re.*

L A V S D E O
